**Bartholomei** Cepole veroneſ· Iuriſ utriuſqꝫ docto· et Ad
uocati ꝯſiſtorialis· Ad inſignē equitez et clariſſimū iuris
ꝯſultum dñm zachariam Triuiſanum virum patricium
de Impatore Militū deligendo· Prohemiū foeliciter
Incipit·

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Uit ſuperiori tempore inter
armorum duces· Uir inſigniſ
magna contentio quis eorum
princeps exercitus Ueneti di
gne conſtituere Electoqꝫ Im
peratore maior etiam ut fertur
exorta eſt· ¶ Non nulli enim
digniores ſeſe exiſtimātes uix
hoc pati potuiſſe apud homines creduntur· ¶ Alii uero
ſub eo duce militare ut preſtantiores minime uoluerunt·
Quod quidem Imperio Ueneto non mediocre detri/
mentum grauemqꝫ animi moleſtiaꝫ tulit· At ſenatus ve
netus cum ſapientiſſimo Franciſco Foſcari Duce ſuo
hac in re ita conſtituit atqꝫ decreuit· ut omnes loco ſuo
cōtentos reddiderit· Que omnia et audiuiſſe in eo ſena
tu et uidiſſe te arbitror· Ego cum hec etiam intellexiſſez
non nunqꝫ mecum cogitaui quid ſit iuriſ· ¶ Si quis ſti/
pendio Uenetoꝝ cōductus ut dignior et preſtantior nul
lo pacto uoluerit ſub eo Imperatore militare· num id iuſ
et ratio pateretur· Uiſis deinde Codicibus tam ciuilibꝰ
qꝫ pontificiis cum hac iuris noua dubitatione etiam de
Imperatore militum deligendo conſcripſi· Et in primis
undiqꝫ argumentis in mediū deductis· Planius poſtea
diſtinguendo hec queſtio iuriſ deciſa eſt· Deinde nō nul
las breues concluſiones aperte ſubieci· ut huiuſce rei co
gnitionez omnes facilime intelligere ac percipere poſſint
Cumqꝫ hanc queſtionis diſputationem proximis diebus
deſcribendaꝫ atqꝫ edendam eſſe ſtatuiſſem· tu mihi in mē
tem ueniſti quo cum mea ſtudia cōmunicare ſanctius et
dignius uiſum fuerit· Preſertim cum ea ita ſane intelli/
gas· ut non modo legere ſed etiam corrigere et emen/
dare mea et oīum ſententia poſſis et ualeas· Ea namqꝫ
ſapientia et iuriſconſultoꝝ ſcientia preditus iam magi/
ſtratibus inſignibus veronenſis preture foriqꝫ Iulii apud
dominū tuum inter ſenatores hac tua etate tātopere cla
ruiſti· ut merito te inter alios his meis breuioribus lucu/
brationibus delegerim quibus conſiliū ſententiam et de
cretum ſenatus veneti de ſuo Imperatore conſtituendo
eiqꝫ per alios milicie principes obſequendo de iure com
probo atqꝫ ſequor· ¶ Has itaqꝫ ſuſcipias et legas obſe
cro· Nam ſi memoratu digna tuo perfecto iudicio uide
buntur· alia quandoqꝫ tuo nomini digniora per me ſcrip
ta comperies·

Artholomeus Colionus genere no
bilis reiqꝫ militaris ſcientia clarus·
Sub inclito merens venetorum do
minio· generalem Gubernatorē toci
us exercitus creatū eſſe gentilem leo
niſſam egre moleſteqꝫ tulit· ac ei ſub
eſſe continue recuſauit· Senatus venetus hanc rem ad/
miratus ꝙ quem exercitui ſuo prefeciſſet ei parere Bar
tholomeus abnegaret· illum ad obedientiam compelle/
re nitebatur· Bartholomeus inqꝫtuꝫ de iure tenerent pa
rere ſpondebat· Dubitatū eſt in quo iure hec cauſa uer/
ſaretur· In qua non nulla mihi conſiderāda in ꝑmis eſſe
uidentur· quibus Imperium ſibi deberi Bartholomeus
comprobare potuiſſet· Tum ſubnectendū an ratione uni/
uſcuiuſqꝫ id iuſte feciſſe uideatur· Dicenduꝫ eſt igitur in
Imperatore deligendo hec neceſſario eſſe inſpicienda ꝑ/
ſonam etatem tempus nationem nobilitatem dignitatez
diuicias rei militaris ſcientiam virtutem auctoritatē ſum
mam deniqꝫ felicitatem quibus cum Bartholomeus ſe
exiſtimaret gentili ante ire· graue ſibi ac indiguum uiſum
eſt obtemperare· Unde ſub eo militare non ualuit·
¶ Et licet in primis conſideranda eſſet perſona gentilis
et Bartholomei· ſi hec Imperatoria dignitas eis de iu
re ꝯferri potuiſſet· ut· l· honor· §· de honoribꝰ· i· Re°· ff· de
mune· et hon· et not· glo· in rubri· C· quēad· ciui· mu· indi·
li· x· Et ſic tractandum prius eſſet de legitimatione per/
ſonarum· ut· l· ſi queramus· ff· de teſta· et· l· quidaꝫ referūt
ff· de iur· codicil· et ibi per docto· et· l· non ignorat· C· qui
accu· nō po· et· l· liber· C· de peti· here· et· l· ſi ticio et ſi mi
hi· §· i· ff· de le· ii· et· l· licet· et ibi not· C· pe procu· et in· c·
ex litteris· i· extra· de ſponſa· et in· c· i· extra· de accuſa· cū
ſimilibus· tamen quia uterqꝫ ad id munus ſuſcipiendum
ydoneus uidebatur ſolumqꝫ in dubiuꝫ uerteretur quis eſ
ſet eorum dignior et preſtantior et an ei Bartholomeuſ
parere teneretur· Ideo perſonarum diſputatione preter
miſſa pro Bartholomeo ꝙ gentili ſubeſſe non debuerit·
hec adduci poſſe uidenť· ¶ Et primo reſpectu etatis ꝙ
ita iudicari debeat ſic legibus et rationibus cōfirmari po
teſt· Nam ſemper ſenectus ſiue antiquitas venerāda eſt
ut· l· ſemper· in prin· ff· de iur· īmu· ubi tex· ſic pulcherrime
dicit· Semper in ciuitate nr̃a ſenectus venerabilis fuit·
Nanqꝫ maiores noſtri pene eundē honorez ſenibus quē
magiſtratibus tribuebant· et probatur in auten· de appľ·
⁊ ī· que tempora· §· illud etiam· in prin· ibi· cum enim ve
tuſtatis auctoritas· et ibi glo· colľ· iiii· et not· glo· in autē·
de queſtore· ſuper· R· colľ· vi· et· ii· q· vi· anterioꝝ· §· illud
in prin· et in· c· quanto· extra· de tranſla· preľ· et· xxv· q· i·
contra ſtatuta· et· ix· q· iii· conqueſtus· ibi· nec antiquitas
cui patres ſanxere reuerentiā· et· lv· di· c· i· priſcis· in ꝑn·
et Leuitici· xix· et Lucanus in penul· eius li· etiam appel
lat ſenectutem venerandam dum dicit· Ut ducis imple/
uit iuſſus veneranda uetuſtas· Liſandrum quoqꝫ Lace
demoniū dicere aiunt· Lacedemone eſſe honeſtiſſimum
domicilium ſenectutis· Nuſqꝫ enim tantū etati tributuꝫ
eſt quin etiā memorie proditum eſt· ut ſcribitur in Catho
ne maiore· Cū Athenis in ludis quidam in theatrū grā
dis natu ueniſſet magno conſeſſu lotū ei nuſqꝫ datuꝫ a ſu
is ciuibus· Cum aūt ad legatos Lacedemonios acceſſi
ſſet conſurrexiſſe omnes illi dicunť et ſenem ſeſſum rece/
piſſe· quibus cuꝫ a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex
datus memorie traditum eſt dixiſſe ex his quendā Athe
nienſes ſcire que recta eſſent ſed facere nolle· Hinc eſt ꝙ
antiquior etate in dubio preferri debet· ut probatur· in· l·
i· ibi· hoc not· Bar· ff· de albo ſcriben· qui dicit ꝙ ſi vni/
uerſitas nō habet rectorem ꝙ ille qui antiquior eſt poteſt
cōuocare collegium· ſm Inno· in· c· i· extra· de maiori· et
obe· Et ideo dixit Ulpianus in· l· fi· ff· de fi· inſtru· Si
inter plures heredes dubitantur apud quē ſtare debeant
tabule teſtamenti· debent manere apud ſeniorem· et ideꝫ
not· glo· in· l· procurator· C· de eden· et ibi per Bal· ⁊ do
cto facit· l· ſi que ſunt cautiones· et quod ibi not· ff· fami·
herc· et quod dicam in· xxiiii· priuilegio ſenectutis·
Unde quia antiquior eſt dignior dicitur et hat et multa
priuilegia· ¶ Primo enim antiquitati defert in conſi/
liis querendis et in cauſis dubiis decidendis et ſic ad iu
ris diffinitionē· ut in· c· de quibus· xx· di· ibi· Seniores ꝓ
uincie congrega et eos interroga· facilius nanqꝫ inuenit
ꝙ a pluribus ſenioribuſ queritur· pro hoc etiam· c· ſi quid
uero· lxxxvi· di· et no· Archi· xvii· q· ii· diffinimus· ¶ Se
cundo in veritatis perſcrutatione· ut dicto· c· ſi quid uero
ibi· ſed preſentibus eccleſie tue ſenioribus· ¶ Tertio in

Nõ quinquaginta priuilegia ſenectutis

conſiliis ſequendis· ut eſt tex· no· c· l· di· dño ſancto· in fin· et ibi glo· et Archi· in· c· hoc ipſum· in fi· xxxii· q· ii·
¶ Quarto in libris corrigendis· ut in· c· ut veterum· et ibi glo· ix· di· Et ideo ſapientes ſeniores appellantur· ut eſt tex· cum glo· in· ℞· ſeniores· xx· di· de quibus ibi· ſeniores prouincie· et uide tex· pulcherrimum· lxxxiiii· di· porro· et dicam in· xxvii· et in· xxxiii· priuilegio· ¶ Quinto in elemoſinis faciendis· ut in· c· non ſatis· lxxxvi· di·
¶ Sexto in cõſuetudinibus ſequendis· ut in· c· ridiculū xii· di· Unde ſi allegarentur due conſuetudines contrarie et neſciretur que prior et que poſterior illi adherendū eſſet que probaretur antiquiori tempore obſeruata·
¶ Septimo in retinendo morem ciuitatis· ut· l· teſtamē ta omnia· C· de teſta· ubi dicit tex· mos nanq̄ retinendus eſt fideliſſime uetuſtatis· ut not· glo· in· ℞· antiquitas· i· C· quanto· extra· de tranſla· pre· ¶ Octauo in oneris excuſatione· ut in· c· quis· de ſen· excõi· et in· c· ſi qui teſtium· de teſti· et uide in ſe· ¶ Nono in ceſſatione a laboribus et moleſtia· ut eſt tex· in auten· de queſtore· §· ſi uero uite occaſione· ℞· leſos aũt· ibi· aut canicie graues· et ibi glo· hoc not· coll· vi· et glo· in Rica· eiuſdem ti· de queſtore facit quod dixi in precedenti et quod dicam in· xvi· priuilegio· ¶ Decimo ſenes inuiti teſtimonium dicere non coguntur· ut eſt tex· in· l· inuiti· i· ff· de teſti· Et ſenes in hꝫ intelliguntur maiores lxx· annis· ut· C· qui etate· l· i· li· x· ꝛ l· iii· in prin· ff· de iur· immuni· ita dicit glo· in dicta· l· inuiti· Et hoc eſt uerum de iure ciuili· Secus aũt de iure canonico· quo propter peccatum ſenes ad teſtificandum cogi poſſunt· ar· xi· q· iii· quiſquis· c· i· extra de iudi· et ita not· glo· et doct· in· c· ſi qui teſtium· extra de teſti· ¶ Undecimo ſi teſtes examinandi ſunt adeo ſenes ꝙ non poſſint ad preſentiam iudicis accedere ad ipſos recipiendos domum mitti oportet· ut eſt tex· in dicto· c· ſi qui teſtium· extra· de teſti· et ibi per glo· et doct· ¶ Duodecimo ſi deferendum eſt ſeni iuramentum· ad domum eius eſt mittē dum et ſic in ſenibus locum habet· l· ad egregias pſonas ff· de iureiur· ſm glo· ibi que allegꝫ in auten· de hered· et fal· §· hinc nobis· in fi· coll· i· ¶ Tertiodecimo maiores lxx· annis a tutelis et curis et muneribus uacant· ut· l· iii· in prin· ff· de iur· imu· et· l· unica· c· qui etate· li· x· et inſti· de excu· tuto· §· item maior· lxx· annis· et not· glo· in· l· fi· C· qui eta· ſe excu· li· x· ¶ Quartodecĩo maiores lv· annis inuiti ad munera perſonalia uocari non poſſe manifeſti iuris eſt· ut eſt tex· in dicta· l· fi· C· qui eta· ſe excu· lib· x· et· l· ii· §· maiores· in prin· ff· de decu· ꝛ l· ſemper· §· i· ff· de iur· imu· et· l· ſi ultra· et ibi glo· C· de decu· li· x·
¶ Quintodecimo ſeniorem minori dolore decedere· Cicero in li· de ſenectute teſtatur his uerbis· Senes ſic mihi mori uidentur ut cum ſua ſponte nulla adhibita vi conſumptus ignis extinguitur· et quaſi poma ex arboribus ſi cruda ñ uelluntur· ſi autem matura et cocta decidunt ſic uitam adoleſcentibus vis aufert ſenibus maturitas· Decimoſexto in ſuſpitionis remotione ut in· c· fraternitatis· xxxiiii· di· et in· l· ſi ut certo· §· cuſtodiam· ff· comodati et· xvi· q· ii· diffinimus· et ibi hoc not· Archi· in· ℞· uetula· ¶ Decimoſeptimo in teſtimonii puritate ſiue in teſtificatione· xxxv· q· vi· c· i· conſanguineos· et· c· notificamus et ideo teſtes ſeniores preferuntur· ut eſt glo· i· in fi· in· l· cum uuid· et ibi Bar· et doct· ff· ſi cer· pe· ¶ Decimo octauo in inſtrumentoꝝ clauium et annulorum depoſitione· ut dicta· l· fi· ff· de fi inſtru· et· l· cum pater §· pater pluribus· ff· de le· ii· et ſupra dixi· facit quod dicam in· xxiiii· priuilegio· ¶ Decimonono in morum inſtructione· xxii· q· i· omnis etas· ¶ Uigeſimo in corrigendis minoribus pro qualitate delicti ſenioribus eſt attributa poteſtas· ut

eſt tex· in· l· i· C· de emenda· propin· et not· Bal· in· l· ſi filius· C· de pa· poteſta· Uigeſimoprimo in pene relaxatione· ut in· c· tanta· lxxxvi· di· et ibi uideatur Archi· qui ponit aliqua de predictis· et in· c· dño ſancto· l· di· et p Albri· de roſa· in ſuo primo alphabeto in· ℞· antiquitati· et ad hoc uideatur· l· in metallum ff· de penis· et in· l· ii· ibi· et poſſunt in tempus· ff· de termi· moto· facit quod ſtatiꝫ dicā· ¶ Uigeſimoſecũdo in pene impoſitiõe ut· xxvi· q· vii· tẽpora· et in· c· hoc ſcit· ¶ Uigeſimotertio in excuſationis admiſſiõe· xviii· di· placuit· ¶ Uigeſimoq̄rto in ꝯ poſitionis approbatione et ſic in maioris pbationis fide ut eſt tex in dicta· l· fi· ff· de fi· inſtru· ubi dicit ꝙ tabule teſtamenti apud ſeniorem ſtare debent ut ſupra dixi· et probatur in· l· cum pater· §· pater pluribus· ff· de le· ii· ubi pater filiis heredibus inſtitutis monens claues et annulum cuſtodie cauſa maiori natu filii tradidit· et ſic ibi probaꝝ ꝙ in dubio maiori natu ſunt tradende claues cuſtodie tā q̄ fidei magis probato et pro hoc glo· in· c· licet ex quadam· in· ℞· graues perſone in fi· extra· de teſti· que dicit p dictam· l· fi· ꝙ in dubio magis creditur ſeniori· et ita tangit glo· i· in fi· et ibi doct· in· l· cum quid· ff· ſi cer· pet· et dixi in· xvii· priuilegio· ¶ Uigeſimoquinto prouerbiis ſenum credendum eſt et ex ipſis argumentū ſumere licet· ut probatur in· l· ſi chorus· §· i· ff· de le· iii· et not· glo· ii· in fi· in· c· cum iuuentute· extra· de preſumptõ· Et ideo dicit Bar· in· d· l· ſi chorus· §· i· ꝙ ad probationem cõis uſus loquēdi ſufficit dicere hoc dictum a ſenibus eſſe· de quo tū ſe remittit ad not· per eum in· l· labeo· ff· de ſup· lega·
¶ Uigeſimoſexto ſi plures in accuſatione inſtituēda cõcurrunt ſenior in dubio eſt preferendus· ut eſt tex· in· l· ſi plures· ibi· etate· ff· de accuſa· et· xxxv· q· i· c· i· conſanguinei· ibi ab antiquioribus· ¶ Uigeſimoſeptimo in optatione prebendaꝝ quia ātiquiores canonici optare poſſunt in· ℞· antiquiores· et not· Albri· de roſa· in dicta· l· cum quid· in ulti· carta circa prin· ℞· denuo glo· colligit ibi argumenta utilia· tñ in dicto· c· cum in tua· erat hoc ideo· quia ibi fuerat talis conſuetudo in illa eccleſia· ¶ Uigeſimooctauo in prelatoꝝ electione· naꝫ in dubio ſenior eſt eligendus· ut eſt tex· lxi· di· ſtatuimus· ꝛ lxxxiiii· di· porro et· lxiii· di· c· ſi cõſuluit· ibi maturiores etate· et optime facit tex· in· c· dudum ad audientiam· circa medium· ibi· etate et tempore precedebant· extra· de elec· et· xxiiii· di· quando epũs· ibi· etatem· Et ideo dicit glo· i· in fi· in· d· l· cum quid· ff· ſi cer· pe· ꝙ in dignitatibus ſeniores eliguntur· Ex quo dicit ibi Albri· de roſa· ꝙ antiqui canonici et monaci eligi debent in abbates et plates potius q̄ iuuenes pro hoc· l· atqui originem· §· fi· preſes· ibi· ſecundum etates· ff· de mune· et hono· et quod not· Inno· in· c· i· in prin· extra· de maio· et obe· qui dicit ꝙ priores preferunꝝ in dignitatum uacantiũ prelatione allegat· c· epiſcopoꝝ· lxxiiii· di· ¶ Uigeſimonono in deſcribendis nominibus ut· l· ii· §· que omnia· C· de uete· iur· enucl· dum dicit· Tāta autem nobis antiquitati habito eſt reuerentia ut nomina prudentum taciturnitati tradere nullo pacto patiamur· ¶ Trigeſimo in ſubſcriptionibus· nam ubi eſt faciēda ſubſcriptio in aliquibus litteris uel conſiliis per iuniorem et antiquũ prius debet ſe ſubſcribere ſenex q̄ iuuenis· ut patet· xvii· di· concilia· §· illud· cuꝫ ſe· et in· c· ſequēti quod incipit· conſilia· et not· glo· in· c· ſtatuimus· extra de maio· et obe· et ſexageſimaprima di· ſtatuimus· ꝛ not· Inno· in dicto· c· ſtatuimus· de maio· et obe· et not· in· c· fi· de conſtitu· facit quod dicam in· xxxiii· priuilegio· cum ſequēti· ¶ Trigeſimoprimo in ſedendo ſenior debet antecedere· ut eſt caſus in· l· i· C· de prefect· ſacri cubi· ibi· ut in ſedibus· li· xii· et in· l· decernimus· et ibi glo· C· de ſacr·

cele·et not·Inno·in dicto·c·i·in prin·de maio·et obe·ꝺ·
et ibi per docto·¶ Trigeſimoſecundo in reſpondendo·
ſenior preſertur·ut eſt glo·lxi·di·ſtatuimus·ꝛ probatur in
dicta·l·i·C·de prefect·ſacri cubi·li·xii·et no·Inno·in·d·
c·i·de maio·et obe·Sic apud dn̄m venetum ubi ſereniſſi
mus princeps nō adeſt ſenior ex conſiliariis in ſedendo
reſpondendoqꝫ aliis non īmerito prefertur·et ad hoc ui/
de quod in ſequēti dicetur·¶ Trigeſimotertio in loquē
do·Unde in eccleſiaſtico legitur loquere maior natu·te
enim decet primum locum·et not·Bal·in·l·obſeruare·
§·anteuero·ad fi·ff·de offi·procon·et lega·et in·c·i·circa
prin·in ti·de controuer inueſti·apud pares termi·per illū
tex·per quod dicit Ludouicus pontianuſ in·lxxxi·ſingu
lari meo quod incipit Quiſ debeat primo loqui·ꝙ in cō
ſiliis dandis ſenior debet primo loqui·licet apud dn̄os ꝺ
Rota ꝙ primo iunior loquatur ſm cum·Sic etiam ob/
ſeruatur in noſtro iuris conſultoꝝ ordine veronenſi cū de
iuribus agitur·ubi uero alia pertractantur a ſenioribus in
choari ſolitum eſt·Et in ſenatu Romano hoc in primis
preclaruʒ fuit ut quidem quiſqꝫ etate antecederet·ita ſen
tentie principatum teneret ſm Cathoneʒ maiorem·facit
quod proxime dixi et in·xxi·priuilegio ꝛ quod dicam in
xxii·dignitatis priuilegio·et quod in ſequenti dicetur·
Et ideo dixit Jo·de platea in·l·i·C·de conſuli·li·xii·in
prin·ſuper·ꝟ·antiquitus·ꝙ in uocibus antiquiores prefe
runtur·Quandoqꝫ tn̄ propter facundiam primo loquēdi
facultas iuniori conceditur·Legitur enim in Juiurtino·
Sillam et mallium legatos ad regem Bochum miſſos
fuiſſe·Sillaʒ tn̄ cuius facundio nō etati in alio conceſſuʒ
eſt uerba apud Regeʒ feciſſe·¶ Trigeſimoquarto in in
choatione facienda·nam a ſenioribus tanq̃ʒ a re uetuſtio
ri ſemper eſt inchoandum ut eſt tex·coniuncta glo·in·ꝟ·
a uetuſtiore·in·§·ſinguloꝝ·Inſti·de re·diui·et probatur
in·l·i·ff·de acqui·re·do·cum ſimilibus·facit quod dicam
in precedenti·et quod in ſequenti dicetur·¶ Trigeſimo
quinto in conſenſu hoc eſt in declarando conſenſum·ut
cōtingit in electionibus ſententiis deliberationibus et re
ſponſionibus·Is enim debet prius ſn̄iam ſuam et cōſen/
ſum dicere ac preferre qui maior natu eſt·ut eſt caſus in
dicta·l·i·C·de prefect·ſacri cubi·li·xii·et nota·per glo·
in dicto·c·ſtatuimus·lxi·di·Unde ſi ex forma ſtatuti ag
nati uel cognati debent requiri ut conſentiant alienatiōi
mulieris uel minoris·primo debet antiquior poſtulari ut
ſuum conſenſum adhibeat·Idem in electionibus ut ꝑus
ſenior reſpondeat loquatur eligat et ſua ſuffragia ꝑmit/
tat·Et hoc idem vult etiaʒ Jo·de platea in dicta·l·i·C·
de conſuli·li·xii·qui dicit ꝙ antiquiores in electionibus
preferuntur·facit quod dixi in precedenti·Et idem in le/
gationibus ut antiquior precedat in eundo loquendo ſtā
do ſedendo·per dictam·l·i·et per dictam·l·decernimus·
cum ibi nota·C·de ſacroſan·eccle·et per tex·cum glo·in
dicto·c·ſtatuimus·lxi·di·Et ita apud venetos qui opti/
moꝝ morum conſuetudinūqꝫ ſanctiſſimaꝝ ſacratiſſimum
ſunt domicilium ſeruari ſemper conſueuit·etiam ſi iunior
doctoratus uel equeſtris ordinis gradu potiatur·Idem
qꝫ dicendū eſt in ſi·¶ Trigeſimoſexto in ſapientia·nam
ſenes preſumantur magis ſapientes q̃ʒ iuuenes·Scribit
in Cathone maiore·Temeritas eſt florentis etatis pru/
dentia uidelicet ſenectutis·Canicies enim ſapientiam de
ſignat·vnde Anacletus ait·in prouerbiis ſcribitur·Glo
ria ſenum eſt canicies·Hec uero canicies ſapientiam de
ſignat·de qua ſcriptum eſt·Canicies hominū prudentia
eſt·ut habetur·lxxxiiii·di·porro·Et ideo demon dicitur
futura prenoſcere propter longum tempus quo uita protē
ditur et eſt ſibi rerum longe maior experientia q̃ʒ pōt ho
minibus propter breuitatem uite ꝑuenire·ut eſt tex·xxvi·
q·iiii·ſciendum·in prin·et not·glo·in·ꝟ·principem·in fi·
xxxii·q·ii·pudor·facit quod dixi ſupra in quatuor ꝑmis
priuilegiis·¶ Hinc uerſuſ hij ſcripti reperiuntur·¶ Ro
ma uetus ueteres dū te texere quirites·¶ Hieronimus
ad ruſticuʒ monachum ſcribens inquit·Roboam filius
Salomonis ideo perdidit Regnū quia audire noluit pꝛ̄ſ
piteros ſuos·i·ſenes ꝛ ſapientes·ut eſt tex·xvi·q·i·eccle
ſia·et not·Spe·in ti·de aduocato·§·nunc tractamus·ꝟ·
habito igitur·¶ Nec bonus īmunis nec ſine pena malꝰ
Patribus extinctis ſucceſſit praua iuuentus·Quorum
conſiliis precipitata ruis·¶ Et in eodem Cathone dici
tur externas et maximas reſpublicas ab adoleſcentibus
labefactatas a ſenibus ſubſtentatas et reſtauratus fuiſſe·
¶ Trigeſimoſebtimo in tēperantia·nam ſenes ſunt ma
gis temperati q̃ʒ iuuenes·ut dicit Phus·ii·Ethicꝫ et ꝓ
batur in·l·clarum·ibi·uel iuuenili calore·C·de aucto·pre
ſtan·et in·l·fi·§·filij aūt famil·ibi·melius eſt enim cohar/
tare iuueniles calores·C·de boniſqꝫ li·facit quod dictuʒ
eſt in precedenti·¶ Trigeſimooctauo ſenes ſunt magiſ
graues Juuenes leuiores·ut probat in·c·quorundaʒ·in
prin·xxxiiii·di·et in·l·fi·§·filii autem·ibi·iuueniles calo/
res·C·de boniſqꝫ lib·¶ Trigeſimonono maior caſtitas
in ſene preſumitur q̃ʒ in iuuene·ut in·c·cum in iuuentute·
extra·de preſump·et ibi glo·ii·et·xxxiiii·di·fraternitatis
ibi·etas iſtius·¶ Quadrageſimo maior uigor deuotio/
nis et fidei in corpore ſeneſcente et maior feruor ſpirituſ
preſumitur q̃ʒ in iuuene·ut probatur in·c·i·extra·de renū·
facit ad hoc optimus tex·de peni·di·i·c·ſecunda·ibi·er
rauimus iuuenes emendemus ſenes·¶ Quadrageſimo
primo preſumitur pro ſenili etate·ar·xxxiiii·di·fraternita
tis·et not·glo·ii·in·c·cum in iuuentute·extra·de ꝑſump·
¶ Quadrageſimoſecundo in malicia ſiue aſtutia·ut pro
batur in·l·precipiūt ediles·ibi·ſimpliciora eſſe·ff·de edi·
edict·et ibi hoc not·Albri·de roſa·qui dicit per illū tex·
ꝙ ſenes preſumuntur magis malicioſi q̃ʒ iuuenes·et hoc
etiam dixi·propterea ſenex dicitur inueteratus dierum ꝛ
maloꝝ·de quo eſt uidendum per fratrem Egidium in li·
de regimine principum·c·de moribus ſenum ac iuuenum
et ego ſcripſi in·dicta·l·precipiunt edileſ·¶ Quadrage
ſimotertio in conſtantia·quia maior eſt conſtantia in ſe/
ne q̃ʒ in iuuene·ut·l·ex libro·§·i·ff·de queſt·ſm Albri·ꝺ
roſa·qui ita not·in dicta·l·cum quid·in ulti·carta circa
prin·ff·ſi cer·pe·pro hoc·xii·q·i·c·i·omnis etas·et quod
not·glo·Inſti·de iuſti·et iur·§·his igitur·in·ꝟb·euertit·
ibi·quartum difficilius·et glo·in·c·ex ſtudiis·extra·de ꝑ
ſumpt·Hac ratione in queſtionibus ideſt tortura incipiē
dum eſt a iuniori tanq̃ʒ a timidiori et minuſ conſtanti·ut
not·Odofre·in ſuo tractatu de queſtionibus in·iii·q·fa/
cit dicta·l·ex libro·§·i·et·l·i·in prin·et quod ibi no·bar·
ff·de queſti·¶ Quadrageſimoquarto in preſtātia·quia
doctores antiqui pꝛ̄ſumuntur meliores q̃ʒ noui·ut dicit
Albri·de roſa·Bar·et docto·in·dicta·l·cum quid·per
glo·ibi·ff·ſi cer·pe·facit glo·et quod ibi not·in auten·de
mona·§·fi·coll·i·et ideo dicitur plus ualet umbra ſenis
q̃ʒ enſis iuuenis·ut probatur in·c·i·de renun·et not·bal·
in·l·ſeniuʒ·in prin·C·qui teſta·fa·nō poſſ·¶ Quadrage
ſimoquinto in ſeruitioꝝ exhibitione·ut eſt tex·in·c·ſtatui
mus·in fi·et ibi glo·fi·extra·de maio·et obe·et·xciii·di·
a ſubdyacono·facit·c·i·in fi·in ti·hic finitur lex incipiūt
conſuetudines Regni·in uſi·feude·¶ Quadrageſimo
ſexto in reuerentie exhibitione·ut dixi ſupra in ꝑn·per·l·
ſemper·ff·de iur·imu·et·ii·q·vi anteriorum·§·illud·ꝛ ha
betur Leui·c·xix·ad fi·ubi dicit coram cano capite cō/
ſurge et honora perſonam ſenis·et habetur etiā per tex·

coniuncta glo·in·l·generaliter·ff·de in ius uocan·cum ſi·
Et ideo ſeniores patres appellantur·ut eſt tex·in·l·ex di
ui·in·§·patrem·et ibi glo·C·locati·facit quod dixi·ſ·in
quarto priuilegio· ¶ Quadrageſimoſeptimo in auctori/
tate·vnde ſcribitur per Tulliũ in li·de ſenectute·ꝙ extre
ma etas in hoc beatior fuit q̃ꝫ media ꝙ auctoritatꝫ habet
plus laboris minus· Apax enim eſt ſenectutis auctoritas
ut ibidem dicitur· ¶ Quadrageſimooctauo in cõſequen
dis priuilegiis·ut eſt tex·in·l·pe·ante fi·ibi· uel in conſe/
quendis cunctis conſulum honoribus et priuilegiis·C·ſ
conſuli·li·xii·et in·l·atqui originem·§·fi·ibi·ſciendũ eta/
tes·et ibi·quia antiquis ſtatuti ſunt·ff·de mune·et hono·
¶ Quadrageſimonono in prelationis collatione·xx·q·
i·iuuenculas·et not·Archi·xviii·q·ii·diffinimus·
¶ Quinquageſimo in conſequendis honoribus et dig
nitatibus·et ſic in hoc ut ad aliquem dignitatis gradum
prius admittatur ſenior eſt preferendus·ut eſt tex·in·l·fi·
preclaram·ante fi·ibi·pollicetur ſenectus·C·de primiter·
li·xii·et in dicta·l·pe·C·de conſuli·eo·li·ub i dicitur ꝙ in
adoranda principis purpura uel in conſequendis cunctis
conſulum honoribus ex antiquiori tpe prouectionis ordi
num ſibimet nouerint iudicandi·et eſt glo·in·l·cum quid
in·i·glo·in fi·et ibi per docto·ff·ſi cer·pe·et ideo legati ſe
niores mittendi ſunt·iuxta illud Saluſtii dictum in Iu/
gurtino·Legãtur in Affrica maiores natu homines no
biles amplius honoribus uſi·ad quod uideatur quod dixi
in·xxxvi·nobilitatis·et in·xxx·dignitatis priuilegio·pro
pterea Ligurgus in·xii·et ulti·l·quam lacedemonis tra
didit·maximũ honorẽ nõ diuitum nec potentuꝫ·ſed pro
gradu etatis ſenem eſſe uoluit· Et ideo ſcribit Iuſtinus
li·xi·cum Alexander ad periculoſum bellũ exercitum ſu
um eligeret non iuuenes et robuſtos nec primo flore eta
tis ſed ueteranos qui cum patre militauerant elegit· ut
nõ tam milites q̃ꝫ milicie electos putari poſſet magiſtros
Ordines quoqꝫ ut idem ait non niſi ſexagenarius nemo
duxit· Unde dicit Topicoꝝ·iii· Nemo enim duces eli
gat iuuenes ꝙ non conſtet eſſe ſapientes· Scribit etiam
Bal·in·l·cum antiquioribus·in pe·col·C·de iur·delib·
qui expedit Regi a ſeniori·ut·ff·de le·ii·et cuꝫ pater plu
ribus·ff·de le·ii·ſubiciens· Ue regno cuius rex puer erit
et hoc not·etiam Saly·in·l·per hanc·in princi in primo
nota C·de temp·ap· ¶ Dicit etiam phus politicoꝝ·vii·
iuniores ſubici ſeniores autem principari oportere· Ex p̃
dictis ergo uidetur ꝙ propter etateꝫ Bartholomeus co
lionus ſeniori Imperatore potius erat eligendus·atqꝫ
ideo nõ teneri nec cogi potuerit iuniori exercitus Impe
ratori ſubeſſe·

Uod aũt dictum eſt ſeniorem in dubio eſſe
preponendum intelligo nõ ſolum etate ſed
etiam tpe et ſic actu militari· Nam qui lon
giori tpe laboribus aſſiduis ſtipendia meruit
in dubio eſt preponendus·ut probatur in l· prouidendum·
in prin·ibi·aut meritum nobiliſſimos fecerit aut uetuſtas
C·de poſtu·et in·l·i·et·ii·C·de prefect·preto et in·l·uni/
ca·C·de comi·et archia·ſacr·pala·ꝛ·in·l·unicuiqꝫ·in pri·
et maxime ibi·ut nemini penitus·C·de proxi·ſacr·ſcrine·
et in·l·fi·ibi·illud precipue·C·de primice·e·li· et in·l·uni
ca·C·de athle·li·x·facit Inſti·in probe·in·§·cunqꝫ hoc
deo·in·§·anteceſſoribus·cum glo·et glo·in·§· antiquio
res·in·c·cum in tua·de conſuetu·li·vi·et probatur aperte
in·c·dudum ad audientiam·circa mediũ ibi·et tempore
precedebant·extra·de elect·et ibi glo·in·§·tempore· et
pro hoc uide Andre de barulo·in·l·pe·agentes·in fi·C·
de agen·in re·li·xii·et in·l·ex agentibus C·de prin·agẽ
in re·eo·li· Idem probatur in auten· de iudi·§·i·§· quia

uero competens eſt·ibi·aut plurimi tpis exercicio·col·
vi·et faciunt ea que dicam de uirtute rei militaris· vnde
qui prius eſt receptus in collegio ille debet p̃cedere·ut
eſt tex·xvii·di·concilia·in fi·alias·c·fi·epos·et habet in
c·ſtatuimus·de maio·et obe·et in·c·i·eo·ti·et in·l·i·ꝛ ibi
not·Bar·ff·de alb·ſcriben·et not·in·l·i·C· de cõſuli·lib·
xii·et ibi uideatur Io·de platea et dixi·ſ·in prin·Sic e
tiam ille qui eſt prior in ordine erit prior in electione·ut
lxxv·di·c·ulti·ordinationes·in fi·et ibi omnino uideatur
Archi·et not·glo·lxiii·di·metropolitana· et ibi Archi·
Et ad predicta uideatur tex·in·c·cum in magiſtrum·ex·
de elect·qui ſic dicit· In magiſtrum aſſumi nõ debet qui
formam diſcipuli nõ aſſumpſit·cũ ſit preficiendus qui ſub
eſſe nouit·ut eſt tex·lxi·di·miſerum·ubi papa Inno·dicit
miſerum eſt eum fieri magiſtrum qui nunq̃ꝫ fuit diſcipulus
eumqꝫ ſummũqꝫ ſacerdotem fieri qui in nullo unq̃ꝫ obſe
cutus fuerit· Ad idem eſt tex·lix·di·ordinatos·ubi ſic di
citur·debet enim eſſe diſcipulus quiſqꝫ doctor eſſe deſi/
derat·ut poſſit docere quod didicit qui minime lr̃is ope
ram dedit preceptor litteraꝝ eſſe nõ poteſt· Sic etiã eſt
dicendũ in armata milicia ſicut ibi dicitur in celeſti· Nã
cõmuniter et uulgo dicitur·quis nõ poteſt eſſe bonus mi
les niſi primo fuerit bonus armiger uel miles egregius·
ut probatur·lxi·di·miramur·ibi·quorum omnis etas a pu
erilibus exordiis·et probantur in·l·ii·C·de heret·ibi· Et
miniſtros creare·et ibi Alb·de ro·qui ita dicit per illum
tex·qꝫ quis debet eſſe prius diſcipulus q̃ꝫ magiſter·et eſt
tex·in·c·officii·extra·de elect·et in dicto·c·cum in magi
ſtrum·e·ti·lxx·di·ordinatos·et·lxi·miſeꝝ·et·xvi·q·i·ſi cle
ricatus·et probatur in·l·honor·§·gerendoꝝ·ff·de mune·
et ho·ubi dicitur ꝙ nemo maiorẽ magiſtratũ niſi prius mi
norem ſuſceperit gerere poteſt·et eſt tex·in·l·maioribus·
C·quẽad·ciui·mu·indi·li·x·et ibi glo·et not·Andre·de
barulo qui dicit ibi ꝙ in gerendis honoribus ſeruandus
eſt gradus ut nõ ante quis gerat maiores q̃ꝫ geſſerit mi/
nores ubi uide·facit tex·cum glo·fi·in·l·i·ad fi·ff·de offi·
queſto·vnde ſcribit Aug·nemo enim fit repente ſummus
a minimis quiſqꝫ inchoat ut ad magna perueniat·ut eſt
tex·de peni·di·ii·§·hec que de caritate·in prin·ꝛ in·§·ex
contrario·in prin· Et beatus Grego· ſcribit dicens· Si a
grio epiſcopo·ordinate ad ordines aſcendendũ eſt· Nã
caſum appetit qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gra
dibus per arrupta querit aſcenſum· Scimus aũt ꝙ edifi
cati parietes nõ prius tignorum pondus accipiant·niſi a
nouitatis ſui humore ſiccentur ne ſi ante pondera q̃ꝫ ſoli
dentur accipiant cunctam ſimul fabricã ad terram depo/
nant·ut hec habentur·xlviii·di·in·c·fina·ſicut neophitus·
in prin· Et ideo dixit phus politicoꝝ·vii· futurum princi
pem bene ſubditum fuiſſe primo annuit oportere· Hinc
dixit Iuſtinus li·xii·ꝙ a paruula etate laboribus pericu/
liſqꝫ indurati inuicti exercitus fuere· Multa itaqꝫ doctus
eſſe debet Imperator hoſtes ferire preſidia agitare·nihil
metuere niſi turpem famem·hyemem et eſtatem iuxta pa
ti·humi requieſcere·eodem tempore inopiam et laborem
tollerare·ut in oratione marii ad populum ſcribitur per
Saluſtium in Iugurtino·ubi Marius etiaꝫ ſe longe quo
uis nobili digniorem imperio contendens ſic perorauit·
Bellum me gerere cum Iugurta iuſſiſti quam rem nobi
litas egre me tulit· Queſo reputate cum animis ur̃is an
id mutari melius ſit· Si quem ex illo globo nobilitatis
ad hoc aut ad aliud tale negocium mittatis hominem ue
teris proſapie ac multaruꝫ ymaginum ꝛ nullius ſtipendii
ſcilicet ut in tanta re ignarus omniũ trepidet feſtinet ſum
mittat aliquem ex populo monitorẽ officii ſui· Itaqꝫ ple
umqꝫ euenit ut quem imperare iuſſiſtis·is ſibi Imperato

rem alium querat· Atq̃ ego ſcio quirites qui poſtq̃ con
ſules facti ſunt acta grecorum maiorum et militaria pre/
cepta legere cupiunt ut prepoſteri homines· Nam gere
re conſulatum q̃ fieri tempore poſtorius re atq̃ uſu ꝑus
eſt· Oportet ideo anteq̃ quis efficiatur Imperator ꝙ ꝑ
mo fuit armiger· de inde miles grega·ius· poſtea dux· et
ſic ordinate deſcendendū eſt· nō autem debet eligi ille q
non peruenit ad illos gradus ſicuti eſt an armiger uel mi
les ut eſt tex· lix· di· ordinatos· ibi· qui nō per ſingula ſti
pendia creuerit ad meritum ſtipendii nō poteſt ordine ꝑ
uenire· Ad idem etiam eſt tex· pulcherrimus in· c· inde/
corum· extra· de eta· et qualita· que ſic dicit· indecorū eſt
ut hii debeant eccleſias regere qui non nouerint guber/
nare ſe ipſos· et eſt tex· in auten· de ſanctiſſ· epiſ· in princ·
ii· col· ibi· qui eniꝫ alios· coll· ix· et ibi glo· que dicit quod
ridiculum eos uelle docere qui nondum diſcere didice/
runt· ut ait Tullius et allegat etiam alia iura· Ad quod
uide tex· lix· di· ſi officia· circa medium· et ibi eſt glo pe·
in· ℣· ſtipendia· et· lxi· di· in ſacerdotibus· ibi· diſcere qui
debet anteq̃ doceat· ad hoc etiā uideatur pulcherrimus
tex· in· c· generales· et in dicto· c· miramur· lxi· di· qui ſic
ait· Merito patrum beatorum uenerabiles ſanctiones cū
de ſacerdotum electione loquerentur eos demum ſacris
adminiſtrationibus conſueuerunt eſſe ydoneos quorum
omnis etas a puerilibus exordiis uſq̃ ad perfectiores an
nos per diſcipline eccleſiaſtice ſtipēdia incurriſſent ut vni
cuiq̃ teſtimonium prior uita preberet· Nec poteſt de e/
ius perfectione dubitari· cui pro laboribus multis pro ca
ſtis moribus pro actibus ſtrennuis celſioris loci premium
debetur· et glo· in dicto· c· miramur· in verbo prepoſte/
ris· dicit ꝙ potius eligatur ille qui militauit in eccleſia· ꝑ
illum tex· et per· c· quod proderit· eo· ti· graue etenim eſt
in expertis hominum obſequiis ſociari· ut· xix· q· iii· mona
ſteriis· et dicto· c· miramur· et not· Hoſt· in ſumma in tit·
de tempo· ordi· ℣· ſequitur non neophitus· Unde a ma
iori arguendo qui miles non eſt militibus preeſſe non po
teſt· at not· Ang· in· l· quod conſtitutuꝫ· ff· de teſta· mili·
pro quo eſt tex· in dicta· l· ii· C· de hereti· et ſic Impera/
tor eſſe non poteſt· Ex his uiderunt concludendū quod
non debeat aſſumi pro Imperatore niſi qui ſit miles et
diu aſſidueq̃ militauerit· Et proponendus ſit qui longio
ra ſtipendia meruerit·

Ropter nationeꝫ quoq̃ Bartholome
us dicit ꝙ non tenetur Imperatori pa/
rere· Et pro intelligentia huius eſt ſcien
dum ꝙ natio poteſt quatuor modis cō/
ſiderari· Primo ratione parentum·
Secundo ratione generiſ· Tertio ratione patrie· Quar
to ratione prouincie· ut ex his que proxime dicentur per
cipi poterit· Nam dicit primo Bartholomeus ꝙ reſpe
ctu nationis parentum eſt dignior et preſtantior quia pa
rentes ſui fuerunt boni et ſapientes preſertim in re milita
ri· vnde ex hoc ipſe preſumitur eſſe bonus et ſapiēs· ut eſt
tex· ſm vnam lecturam in· l· quod ſi nolit· §· qui mancipia
ff· de edi· edict· et ibi dixi de hac materia· Et ideo glo· di
cit ibi· Sepe ſolet filius ſimilis eſſe patri· ⁊ idem no· glo·
in· ℣· metuuntur· vi· q· i· quiſquis· et glo· de conſe· di· v·
c· ſi· ſaluator· in ſi· glo· ſe· ſi· que eſt ulti· glo· decreti· et ibi
tex· not· dici ꝙ nō poteſt filius a ſe facere quicq̃· niſi qđ
uiderit patrem facientem· Unde dicitur· nō poteſt arbor
mala fructum bonuꝫ facere· ut per glo· in dicto· §· qui mā
cipia· et eſt tex· in auten· de referenda· in fin· coll· ii· et ꝓ
batur in· l· quiſquis· C· ad iul· le· maieſta· et· vi· q· i· quiſ/
quis· et ibi glo· facit etiam ad predicta· c· ſi gens· lvi· diſ·
et· c· i· §· ſi miles aduerſus· ibi· niſi probari poſſit· in tit· de

p i· tenen· et quod ibi not· per dnm Iac· de aluarotis· de
Padua in uſi· feudo· ¶ Reſpectu generis dicit ſe ipm
preſumi preſtantiorem eſſe per dictam· l· ꝙ ſi noluit· §· qui
mancipia· ſm alium intellectum glo· i· ibi in fin· Nam di
cit ibi tex· preſumptum etenim eſt quoſdam ſeruos bo/
nos eſſe quia nationis ſunt non infamate quoſdam maloſ
eſſe quia ea natione ſunt que magis infamiſ eſt· ad quod
uide Bal· in· l· i· in ſi· C locati· et quod idem not· in· l· ſi
quos· in ſi· C· de captiuis· Ubi dicit per dictuꝫ· §· qui mā
cipia· ꝙ natus ex mala progenie eſt ſuſpectus ꝙ ſit maluſ
et ideꝫ ibi hoc no· Ang· pro hoc facit tex· optime· xxiiii·
di· quando epiſcopus· in uerbo genus· et de hoc eſt glo·
ordinaria in· l· cum unus· in prin· in ℣· domum· ff· de ali·
et cib· lega· Et ideo dicit Albri· de roſato in· l· ii· §· que
omnia· in ℣ ab antiqua ſtirpe· C· de uete· iur· enucli· per il/
lum tex· ꝙ ex eo ꝙ quis ab antiqua ſtirpe procedit preſu
mitur de eo· et ſi quis habuit predeceſſores peritos alicu
ius artis· ⁊ ipſe eadem arte utatur preſumptio eſt ꝙ ſit be
ne peritus in ea· pro hoc· C· de aduoc· diuer· iudi· l· nemi
ni· §· filios· et· C· de aduocatis· diuerſorū iudicum· l· iube/
mus· §· et filios· et ibi glo· Unde ad probationem bone
fame continue ſit capitulum ꝙ natus eſt de bonis paren
tibus· per dictam· l· ꝙ ſi nolit· §· qui mancipia· ff· de edil·
edict· ¶ Ratione etiam patrie quis preſumitur eſſe meli
or et preſtantior· ut eſt caſus in dicto· §· qui mancipia· ſe
cundum vnum intellectum quem dat glo· in· ℣· ex patri/
bus· in auten· de referendariis· in fine· coll· ii· Et pro hoc
xxiiii· di· quando epiſcopus· in· ℣· patriam· et· c· ſi gens·
lvi· di· et ſcribitur ꝑ Uegeciū primo li· de re militari· ubi
ponit ex quibus Regionibus Tyronos ſint eligendi· et
utrum ex agris an ex urbibus potius ſint eligendi· Et e/
go de hoc dixi in libello meo de uita et modo uiuendi
in ſtudio· ad quod facit optime glo· xxxii· q· v· tollerabi/
lius· in· ℣ lupanaria· que dicit ꝙ ex loco quandoq̃ preſu
mitur contra aliquem· quandoq̃ pro aliquo· Et pro hoc
uideatur tex· in· l· iii· C· de naturali· libe· Ita indignm eſt
enim ut qui ſacratiſſime Rome vrbe gloria et quod ibi
not· dominus Bartholomeuſ de ſali· qui dixit per illum
tex· quem eſſe ortum in bona et nobili ciuitate redundat
ad eius gloriam· Hac ratione cum de ſummi uiri laudi/
bus agitur ſolet in primis ſepenumero ab eis patria ſi no/
bilis et preclara fuerit collaudari· Et ideo dixit Bart· ꝑ
illum tex· in· l· unica· C· de allexan· prima· li· x· ꝙ meliꝰ eſt
eſſe mediocrem ciuem unius nobilis et honorabilis ciui/
tatis· q̃ eſſe maiorem unius modice ciuitatiſ· Et ſic facit
pro popularibus nobilis ciuitatis Peruſie ut quilibet ma
gis debeat honorari q̃ quidam nobilis alicuius parui lo
ci· Licet in contrarium uideatur facere glo· in· l· unica·
C· de colo· paleſti· li· xi· que uult per illum tex· ꝙ natus in
ciuitate in qua natus eſt xp̄us· non debet per hoc aliqđ
priuilegium habere· et ibi Bar· hoc etiam not· et Ludo
uicus de Roma in ſuo ſingulari· quod incipit· natus in ci
uitate ubi xp̄us· Sed ibi eſt ideo· quia dicta ciuitas pro
pter natiuitatem xp̄i non dicitur eſſe nobilior· ergo in ea
natus non debet habere priuilegium aliquod· Dicit ta
men Inno· in· c· quod ſuper· extra· de uoto· ꝙ terra ſan/
cta fuit conſecrata natiuitate iudicandum eſt per dictum
§· qui mancipia· in uerbo natione· in dicta· l· quod ſi nolit
ff· de edi· edict· et per tex· cum glo· xcviii· di· affros· que
dicit per illum tex· et per dictuꝫ· §· qui mancipia· ꝙ ratōe
prouincie preſumitur contra aliquem· allegat etiaꝫ· c· qñ
xxiiii· di· Et quod dixi de patria uel prouincia intelligo
non ſolum bonitatis et preſtantie· Sed etiam ſi eſſent e/
quales quia tunc debet eligi potius ille qui eſt de patria
uel prouincia principis q̃ alius qui eſſet aliene patrie uel

prouincie·ut probatur in·l·ii·C·de offi·preto·que dicit·
ꝙ potius debent eligi pretores qui habent larem in vrbe
q̄ȝ illi qui ſunt de prouincijs·ut eſt tex·xxiii·di·in nomīe
domini·in prin·ii·colˀ·ibi·eligantur autem·et ibi hoc no·
glo·in·℟·ydoneus·et probatur in·l·in eccleſiis·de ſacro
ſan·eccle·que uult qui ad eccleſias eligantur potius illi
qui ſunt ex uico in quo ſunt poſſeſſiones beneficii q̄ȝ alii·
et ſic dicit ibi Bal·per illum tex·ꝙ ſi in eccleſia reperiū/
tur ydonei ad promouendum illi debent promoueri et
non aliunde·et ibi per docto·Et idem dicit ipſe Bal·et
Albri·de roſa·in·l·diuus·ff·de tuto·et cura·dat·ab hijs
et idem not·glo·et docto·in·l·plane·ff·quod cuiuſqȝ uni
uerſi·no·et idem tenet glo·que hoc plene examinat in·c·
cum inter canonicos·in·℟·ad eccleſiam alienā·extra·de
elect·quam omnino uide·et ibi per docto·et glo·in·c·cū
nobis olim·in·℟·emiſſam·eo·ti·et glo·in·c·cum dilectus
in·℟·conſtitutum·extra·de conſuetu·et idem dicit etiaȝ
ipſe Albri·de roſa·in dicta·l·ii·C·de offi·preto·qui uult
ꝙ Sindicus ſit eligendus de uniuerſitate ſi ibi reperiat
ydoneus·et ita uidetur innuere glo·ulti·in princ·in dicta
l·plane·ff·quod cuiuſqȝ uniuer·no·et Sp. q·in ti·de·ſin
dico·in ulti·colˀ·§·debet autem·licet contrarium poſtea
uideatur ſentire per alia iura·ad quod uide·l·i·§·ſi quan
do·ff·de magiſtra·cōuc·ꝛ pro hoc tex·in·l·ii·centum·ibi
noſtris ciuibus·C·de anno·ciui·li·xi·et ibi Bar·quiȝ di/
cit per illum tex·ꝙ officialis poſitus ad faciendum ele/
moſinas nō debet eas facere forenſibus ſed ciuibus pau
peribus·Et ideo q̄ȝ diu eſt aliquis inter canonicos epiſ/
copatus non debet eligi alius extraneus in epiſcopum·
Unde dicitur in·c·abbate·in fi·extra·de uerbo·ſigni·ꝙ
dignitas eccleſie eſt ꝙ de eius gremio prelatus eligatur·
Dixit etiam Bal·ad idem in·l·ſi quis argentum·§·ſimi
liqȝ modo·C·de dona·ꝙ ſi quis habet poteſtatem ponē
di abbatem in monaſterio ſi in ſuo gremio habet mona/
chos ſufficientes debet de illo ponere·alias ponendus
eſt de gremio alieno·allegat dictum·c·abbate·de uerb·
ſigni·et·c·inter canonicos·extra·de elect·Predicta ue/
ro procedunt niſi aliter eſſet de conſuetudine uel ex for/
ma ſtatutorum·ut eſt tex·in·l·honor·§·de honoribus·ibi
item lex·et ibi glo·ff·de mune·et hono·et not·glo·in ru
bri·C·quemad·ciui·mune·indi·li·x·Sicut eſt in ciuitate
venetiarum ubi de conſuetudine veneti exercitus Impe
ratores nunq̄ȝ eligi conſueuerunt·Ex his itaqȝ uidetur ꝙ
ratione nationis Bartholomeus Colionus ſit melior et
preſtantior et magis ydoneus Imperatore·atqȝ ideo ei
ſubeſſe minime teneatur·

Nobilitatis etiam cauſa uidetur ꝙ Bar
tholomeus coli·non teneatur nec debe
at ſub exercitus Imperatore minus no/
bili militare cum ex antiqua Colionoruȝ
familia Bergami natus ſit·Et in ꝑmis
circa hoc eſt uidendum in quo ꝯſiſtat nobilitas·de quo
uarie fuerunt opi·ut habetur per Dantem aligerium in
quadam ſua cantilena uulgari que incipit·Le dolce ri/
me de amore·ut refert Bar·in·l·i·C·de dignita·li·xii·in
repetitione ſua·et per eundem Dantem in cōmedia pa
radiſi·c·xvi·quod incipit·Opocha noſtra nobilitadi ſan
gue·Et per Cichum de eſculo in opere ſuo·c·xii·de no/
bilitate··et per Iuuenaleȝ in·viii·ſatira que incipit·Stē
mata quid faciunt·Et per Boetium in ſuo·iii·li·capitu
lo quod incipit·Gloria uero quam fallax·et·c·ſeq·quod
incipit·Omne hominum genus·et per Bar·pleniſſime
in dicta·l·i·C·de dignit·li·xii·et per Albri·de roſa·in·l·
impatores·ff·de decurio·et per Bal·in·iii·C·de tomer·
et merca·et per Bartholo·de ſali·in·l·ſi furioſi·C·de nu

ptijs·et per Ia·de aluoratis de Padua·in·c·i·in ti·qs
dicat dux marchio·et in·c·i·§·ſi miles aduerſus·in titu·
de pace tenen·in uſi·feudo·et per Io·an·in·c·uenerabiliſ
extra·de preben·in nouel·et ibi per docto·ꝛ per dn̄m Ia
co·de zochis de ferraria·in·c·per uenerabilem·in·§·ſine·
℟·ii·uidebatur·in·iii·q·extra·qui fi·ſint legit·et aliquid
per Ang·in anten·de defenſo·ciui·in prin·collˀ·ii·in·l·ſi
quis uxori·§·cum ticio·ff·de furt·et per Pau·de caſtr·
in·l·ex facto·§·ſi quis rogatus·i·ff·ad trebelˀ·et per Io·
bridam·x·ethicorum·et per alium non parue auctoritatiſ
uirum in quodam ſuo libello in quo Publius Corneliꝰ
Scipio et Gaius flammius pro habenda Lucrecia de
nobilitate contendunt·ꝛ per Pogium uirum doctiſſimū
in libello ſuo de nobilitate·ubi pleniſſime hoc examinat·
et ex dictis omnium colliguntur infraſcripte opi·Quidā
enim antiqui dixerunt q̄ȝ nobilitas eſt antiqua eris et di/
uiciarum poſſeſſio cum pulchris moribus et regiminibus·
Hij in diuiciarum affluentia nobilitatem eſſe arbitrantur
Contra quos legitur in Oratio licet ſuperbus ambules
pecunia fortuna non mutat genus·Et uide Ang·in·l·i·
ſi quis uxori·§·cum ticio·in fi·ff·de furt·Ad hoc adde q̄
dicam de diuiciis in Nona ratione·et primo et ſecūdo
priuilegio·¶ Alii dixerunt ꝙ antiqui mores faciūt quē
nobilem·et iſti de diuiciis ne curant·pro hoc optime tex
tus·xl·di·nos qui·¶ Tertia opinio eſt ꝙ ille ſit nobilis
qui deſcendit ex patre uel auo clariſſimo et ſapientiſſimo
et de hac tertia not·Bal·in·l·iii·C·de comer·et merca·
qui dicit ꝙ ita uulgus accipit et de hac uidetur tex·in di
cta·l·iii·ibi nobiliores natalibus·et in·l·honor·§·de ho/
noribus·ibi·origo natalium·ff·de mune·et hono·et in·l·
ſi furioſi·prope fi·ibi·qui ex genere nobiliores ſint·C·de
nupq·et not·glo·in Rica·C·quemad·ciui·mu·indi·li·x·
de hac etiam fit mentio in·l·ſtemmata·in prin·et ibi glo·
ff·de gradi·ꝛ adde quod dicam in duodecima opinione
Et has tres opi·recitat Dantes Eligerius in dicta ſua
cantilena·ut refert Bar·in dicta·l·i·C·de digni·li·xii·et
de iſtis ibi plene diſputatur per eum·¶ Quarta fuit opi
nio ipſius Dantis qui quicunqȝ uirtutes preditus ſit no
bilis·et hoc etiam not·Bal·in dicta·l·iii·C·de comerq·
et in ea et per Cy·et docto·in·l·prouidendum·C·de po/
ſtulando·et plene per Pogiuȝ in dicto ſuo libello de no
bilitate uerſus fi·qui hoc tenet·et in hac ſententia fuit eti
am Plato ut refert Laercius Diogenes ꝛ uult Oſti·
in ſumma de inſtitutio·§·quis inſtitui·circa prin·ubi dicit
Non genus nobilitat hominem ſed uirtutes·et uidetur
hec opi·probari in·l·i·C·de condi·in orreis publi·ibi·no
bilis prudens·li·x·et ibi Bar·et Io·de platea·pro quo
facit optime glo·in·li·x·ſocietat·in·§·i·in·℟·ſupplea·ff·
pro ſocio·que dicit ꝙ bene litterati debent recipi ut nobi
les in canonicam·et ibi hoc etiam not·Raphulgoſius g
dicit ꝙ litterati equiparant nobilibus propter eorum ſci
entiam·per illam glo·et not·dn̄s Benedictus de plom/
bino in·l·generaliter·§·quid ergo·ff·de fideicom·libert·
vnde cū uirtute nobilitas et cum nobilitate uirtus ſemꝑ
ē collocāda·Et ideo dicitur ꝙ ſola eſt apud deum liber
tas non ſeruire peccatis ſumma apud deum nobilitas·
clarū eſſe uirtutibus·ut dicit Io·an·in·c·uenerabilis cir/
ca medium·extra·de prebendis·in nouel·et hec quedaȝ
ſententia per hos uerſus preclare comprobatur·Non e
gentil alchun per ſua richeza ne per virtu de antichi o ſi
noria·Ne dir ſi fo la parentela mia el mio biſauo uene a
tal grandeza·Conuien ſi far ſchiaſcun la gentileza·Se
uol che gentil hom tenutu ſia·Ceſaro eglialtri per lor ui
goria·Furon gentil per uirtude e grand prodeza·Chi a/
donque eſſere nobile e gentile·Uirtu con boni coſtumi

bauer perchazi·Corteſe humano gracioſo e humile·coi
boni ſe ſtringa·Uyci rei diſchazi·Dogni ſciaſcun enu/
in tegna amle·Suoe opere e non laltrui gentil el fati·
Dal ben fare mai non ſe diſlazi·Et ad hanc opi·adde q̃
dicentur in reſponſiōe ad nobilitatem·¶ Quinta fuit o
pinio philoſophi·v·politicorum circa prin·ubi dicit ꝙ no
biles ſunt quibus aſſiſtunt progenitorū uirtus et diuicie
¶ Sexta opi·reperitur ut refert Bar·in dicta·l·i·C·de
dignita·ſcilicet ꝙ tres ſint nobilitates·Una theologica
et ſuper naturalis·et iſta conſiſtit in uirtute que facit ho/
minem gratum et felicem apud deum·Secunda eſt na/
turalis·et iſta poteſt duobuſ modis conſiderari·Uno mō
prout congruit omnibus animantibus etiam irrationabi
libus ſecundum bonitatem eoꝝ·Naz quaſdam aues ap
pellamus nobiles·quaſdam ignobiles·Idem in fructibꝰ
et artificibus·quia illi qui ſunt magiſ inſtructi appellantur
nobiles alii ignobiles·Et ideo aliqui colores dicunt no
biliores uel nobiles aliqui non·ut not·Bar·in ſuo tracta
tu de inſignis et armis in antepe·col·℟·ſed ſi dubitatur·
Alio modo poteſt conſiderari iſta nobilitas naturalis ꝑ
ut cadit nobilitas in hominibus naturaliter·et tunc intel
ligitur naturalis·i·naturali ratione inducta·quod nos iuſ
gentium appellamuſ·ut in·§·ſingulorum·inſti·de re·diui·
cum ſimilibus·quia ſolis homibus competit·Et iſta nobi
litas nihil aliud eſt q̃ ipſa uirtus·ut dixit Phus qnto
politicoꝝ·c·iiii·et dici ſupra in quarta opi·Et intelligit
hec uirtus non de ea que cōpetit uni prout eſt aptus ſub
ici alteri·ſed prout aptus dominari ut patet per Phum
nono politicoꝝ·Et ita talis nobilitas ſic diffinitur·No
bilitas eſt uirtus prout competit his qui apti ſunt domi/
nari uel preeſſe·Uel ſic nobilitas eſt quidam habitus ele
ctiuus in medio conſiſtens circa ea que pertinent ad do/
minari uel preeſſe·ſecundum Bar·in dicta·l·i·C· de dig
nitatibus·et de hac nobilitate loquitur tex·lvi·di·nunq̃
diuiciis·¶ Tercia eſt nobilitas pollitica ſiue ciuilis pro/
ut differt nobilis a plebeio·¶ Septima opi·fuit Hoſti·
in ſumma de preben·et digni·circa prin·qui dicit ꝙ dig
nitas ſicut eſt preeminentia quedam·Sic eſt etiam nobi
litas quia dignitas et nobilitas uidentur eſſe idem ſecun
dum Bar·in dicta·l·i·C·de dignita·de quo dicendum
eſt ut ibi per eum·¶ Octaua ꝙ nihil aliud ſit nobilitas ni
ſi excellentia quedam qua digniora indignioribus pre/
ſtant·Hec opi·eſt multum generalis que ad multa diuer
ti poteſt·facit tamen optime pro Bartholomeo coliono
¶ Nona eſt ꝙ omnes illi qui ab Imperatore uel rege·
uel etiam his qui proprie dicuntur regni capitanei magni
feudum habent cenſentur nobiles·etiam ſi de nouo capi
ant ita dicit Bal·et dñs Io·de aluarotis ſecundū An·
de ſernia·in·c·i·per illum tex·in ti·quis dicatur dux co·
et marhio·et infra etiam dicam·Et eſt ratio·quia nobi/
litas feudi ſuum nobilitat poſſeſſorem·ut no·idem Bal·
in preludiis feudoꝝ in·x·diuiſione·Et dicam in diffinitiō
ne quam credo de nobilitate uera et omnium ex parte fa
cta·¶ Decima fuit opi·Bar·ꝙ nobilitas ſit qualitas il
lata per principatum tenentem qua quis ultra honeſtos
plebeos acceptuſ oſtenditur·Cuius diffinitionis declara
tio ponitur plene per Bar·in dicta·l·i·C·de dignita·li·
xii·de qua aliquid per Io·de ymo·in·c·de multa·in fi·
extra·de preben·et ad eam uide tex·in·l·quotiens·C·ubi
ſena·uel clariſſ·et quod ibi not·in fi·dñs Pau·de caſt·
qui dicit per illum tex·quia nobilitas prouenit a principe
et remittit ſe ad not·per Bar·in dicta·l·i·C·de dignita·
¶ Undecima fuit opi·ꝙ in hoc ſit ſtandum conſuetudi
ni uel ſtatutis loci·ſm Bar·in dicta·l·Nam per ſtatuta
et conſuetudines locorum poteſt aliquis dici nobilis in
illo loco qui non eſſet nec reputaretur in alio·et eſt in ci/
uitate veneciarum in qua nati ex non nullis familiis ſunt
et reputantur nobiles·ut eſt familia tua Triuiſana·cete/
ri uero plebei ſiue populares dicuntur et etiam creantur·
ibi per ſtatuta uel prilegia·in conſilio quādoq; aliquis no
bilis ciuis venetus uel forenſis ob aliquam ſingularez vir
tutem et bene merita erga rem publicam venetorum ſicut
creati et conſtituti fuere ſuperioribus temporibus nobi/
les ciues veronenſes illuſtres milicie principes Luchi/
nus a verme quoniam Cretenſem inſulam que iam rebel
lauerat Imperio veneto ſubegit et Iacobus de caballiſ
cuius virtute et ſapientia ipſi veneti a Ianuenſium obſi/
dione qui clodiam uſq; uenerant liberati ſunt·Et ꝙ per
ſtatuta uel conſuetudines poſſit aliquis effici nobilis·ui/
detur probari in·l·i·§·i·ff·de mune·et hono·Et ita tenet
etiam dominus Iacobus de zochis in dicto·c·per uene
rabilem·℟·uidebatur·in·iii·q·⁊ hoc Bar·ſentit in·l·uni
ca·C·de mulieri·et in quo loco·in·ii·col·℟·ſed quero q̃
dicantur·⁊·℟·uenio ad ſecundum ubi dicit ꝙ honor eſt
ille qui reputatur in loco·et ſic officium in uno loco repu
tatur honor·alibi non·allegat·l·munerum·circa prin·ibi·
Kalendarii quoq;·ff·de mune·et hono·ubi hoc optime
probatur·et idem uidetur ſentire Archi·in·c·i· de cōſue
tu·li·vi·qui dixit ꝙ cōſuetudo eſt in eccleſia ꝙ aliquis in
eccleſia habeatur in dignitate ꝙ talis conſuetudo ualet·
et habetur pro dignitate·allegat·l·de quibus·§·inuetera
ta·ff·de legi·xii·di·conſuetudo cum ſimilibus·Ad quod
adde quod not·Albri·de roſa·in ſuo opere ſtatutorum·
in prima parte·q·cxli·que incipit·ex ſtatuto ciuitatis flo
rencie nobilibus et magnatibus multa prohibentur·ubi
tractatur plene an illi de Ciprianis ſint nobiles uel habe
antur pro nobilibus·et per Dynum de muſelo in cōſilio
ſuo·xi·quod incipit·Queſtio et articulus talis eſt an do
mus et caſatum de Ciprianis·ubi etiam enumerat domꝰ
nobilium de Florentia·Et pro hoc facit quod not·Io·
de ymo·in dicto·c·de multa·in fi·extra·de prebē·qui di/
cit ꝙ ad diſcernendam dignitatem ſecularem attenden/
da eſt etiam conſuetudo·Sicut attenditur in beneficiis
eccleſiaſticis·per ea que habentur in·c·cum olim·extra·
de conſuetu·Et ideo cum apud exteras gentes ſint in h̃
diuerſe conſuetudineſ·Alie enim ſunt apud Grecoſ·alie
apud gallos·et alie apud alios·neceſſe eſt ut diuerſis mo
dis nobiles cenſeantur·ut clare oſtenditur per Poyum
in dicto ſuo libello nobilitatis·His adde que dicam in
xviii·et in·xxv·opinione·Sed in caſu predicto ubi nobi
les ſunt ex ſtatuto uel ex conſuetudine qui admittuntur
ad conſilia et officia·non comprehenduntur baſtardi uel
ſpurei ut not·Bal·in·l·cum legitime·ff·de ſtatu·et ho·
et·d·Ia·de aluarotis in·c·i·in antepe·col·in prin·in ti·
quis dicatur dux marchio comes·et Anto·de butri·in
conſilio ſuo·lx·ubi loquendo de turri aſellorum Bono/
nie dicit ꝙ in his que deferantur alicui uel aliquibus in
ſignum nobilitatis uel dignitatis eorum·ſpurei non me/
rentur inter nobiles nominari·ut·l·humilem·C·de inceſt·
nup·et non capiunt nomina appellatiua aſcendentium ſu
orum nec familie agnationem·ut inſti·de ſucceſſ·cagna
to·§·uulgo·ff·unde cog·l·hac parte·et·l·pronūciatio·§·
familie·ff·de uerbo·ſigni·Nec capiunt nobilitatem ſuo
rum·ad quod allegat Bal·in dicta·l·cum legitime·ff·d
ſtatu·ho·et quod not·Bar·in·l·tutelas·§·ii·notabili·ff·
de capi·dimi·ad quod uide not·per Bar·et docto·in·l·
fi·C·de uerbo·ſigni·¶ Duodecima opinio eſt ꝙ hii no/
biles dicantur quibus clari boni iuſtiq; parentes fuere·et
hec conuenit cum tertia opinione·Et hoc uidetur ſenti/
re Bal·in·l·fi·C·de ſer·fugi·ubi dixit ꝙ Nobilitas eſt

quedam dignitas a parentibus deriuata·et dicā in·xxii·
opinione·Et hec opi·expreſſe probaẗ prouerbioꝝ·xviii·
c·ubi dicitur·Gloria filiorum parentes eorum·ut notat·
Bar·in dicta·l·i·in·vii·coll'·℣·uidenduꝫ eſt utrum·C·d
dignita·li·xii·hinc dixit Tullius in li·de officiis Optia
autem hereditas a patribus traditur liberis omniqꝫ pa/
trimonio preſtantior gloria uirtutis rerumqꝫ geſtarum·
¶ Tertiadecima ut illi nobiles iudicentur parentes q°
rum potentes aut principes extiterunt·ad quod adde oī
no quod dicam in·xxv·opi·cum ſequenti·¶ Quartade
cima cū noſtri maiores fama et rebus bene geſtis in pub
licis certaminibus parca corona claruerunt·Et has tres
ſententias deduxit Plato phus ut Laercius Dyoge/
nes in eius uita refert et recitat Poyus in illo libello no
bilitatis·¶ Quintadecima qui enim ob uirtutem ac reſ
geſtas preclaro genere naſcebātur propter familie ac ge
neris claritatem generoſi ferebantur·hoc eſt inſigni gene
re nati et ſic nobiles·¶ Sextadecia Ariſtotilis in Ethi
cis ubi ex uirtute quod ſentit exprimit· Illum enim appl
lat generoſum cui a natura extitit ut diſcernat que uera
ſunt et appetat uerum bonum·Hecqꝫ natura aliquem na
ctum eſſe ueram et perfectam nobilitateꝫ appellat·Unde
generoſum illum uidetur uelle ſentire qui ad uirtutem a
natura inſtitutus hanc uſu et exercitatione perfecit·
¶ Septimadecima opi·ut qui priſcis domibus orti ſunt
nobiles cenſeantur modo a mercatura uacent ut Nea/
politani profitentur·Et in hac ſententia uidetur fuiſſe Jo
hannes bridā·x·Ethicoꝝ·q·i·ubi dixit ꝙ ignobiles ſunt
ut Burgenſes mercatores et rurales et hoc uidetur ſen
tire glo·recte intellecta in auten·de teſti·in·§·i·ſancimus
in·℣·ſi ignobiles·in prin·coll'·vii·et pro hoc quia omēs
artifices a dignitatibus repelluntur·ut·l·ne quiſ·C·de di
gntati·li·xii·et·l·unica·C·negociato·ne mili·eo·li·et no·
glo·fi·in·l·ſi cohartalis·C·de cohartalibus·eo·li· hoc ta
men intellige ſecundum quod dicetur in ſequenti opinio
ne· ¶ Decimaoctaua omnes qui reipublice muneribus
funguntur quiqꝫ ut aiunt ex ordine ſunt ſenatorio·uocan
tur atqꝫ appellantur nobiles·ut ſunt veneti licet mercatu
ram exerceant·et hoc eſt de iure cōmuni·ſcilicet ꝙ illi q
ſunt de ordine ſenatorio nobiles dicantur·ut eſt tex·in·l·
ſpurei·in prin·ff·de decurio· Et ideo niſi aliter prouiſum
reperiatur· Omnes qui ſunt de conſilio maiori Vene/
to et ſic ſenatorio ordine merito nobiles dici poſſunt·
Unde veneti quos nobiles appellamus de iure nobileſ
dici poſſunt·tum propter ordinem ſenatorium in quo de
ſcripti reperiuntur·tum etiam propter ſtatuta et conſuetu
dinem inueteratam que nonnullas tantum familias nobi
les reddidere per dictam·l·i·§·i·ff·de mune· et hono·et
per ea que dixi in·xi· opinione· Fatendum tamen eſt ꝙ
propter mercaturam a qua nobiles et preclari ac ditio/
res uiri prohibentur·ut·l·iii·nobiliores·C· de comerc̄·et
merca·vt not·Anto·de butri·in Rica·extra·ne cleri·uł
mona·aliquid detrahitur ipſorum nobilitati·Licet idem
Anto·de but·contrarium dixerit·ſcilicet ꝙ nil detrahaẗ
in ſuo repertorio in uerbo mercator·in ulti q·et in uerbo
nobilitas·in penul·q·per dictam·l·nobiliores· que facit
contra dum prohibet nobiles a mercancia·Illam tñ opi
nionem non format·ymo aliam ponit ad dictam·l·ſcilicꝫ
ꝙ nobiles prohibeantur exercere mercanciam·et ſic a pre
ma opinione uidetur recedere· ar·glo·in·l qui filium·§·
ſabinus·ff·ad trebelꝫ·et quod no·Bal·in auten·ex teſta
mento·C·de colūnibus· Niſi dicamus ꝙ neceſſitas loci
in quo nulli alii redditus uel fructus niſi ex mercimonio
habere poſſunt hoc permittat·facit ad hoc·c·quod non
eſt licitum in lege·et quod ibi not·per glo· et docto·ex·

de regu·iuris·cum ſimilibus·Quibus adde quod dixi in
precedenti opinione·Et hoc intelligendum eſt ſi merca/
tura eſt magna et copioſa· Secus ſi eſt tenuis et uilis·
ut ſentire uidetur·M·T·Cicero in li·de officiis·ubi di
xit·Mercatura ſi tenuis eſt ſordida putanda eſt·ſi magna
et copioſa multa undiqꝫ apportans et multa ſine uanita/
te impartiens non eſt uituperanda·quod ſequitur gloſa·
xxiiii·q i·qui contra in·℣·ignobiles·que dicit ꝙ ignobi
les forte dicuntur qui uile officium exercent·et pro hoc
quod not·Bar·in·l·i·iu fi·C·de dignita·li·xii·Et quod
dicam in diffinitione nobilitatis quam infra tradidi in fi
ne·Qui autem dicantur exercere officium uile uel artes
uiles habetur per tex·et glo in l·ne quis·in·℣ officiis·ꝛ
in·℣·ſtationariis·et ibi Bar·eo·ti·C·de dignita·et per
glo·in cle·i·in·℣ macellariorum·de uita·et hone·cleri·et
per glo·in auten·de teſti·§·i·ſancimus·in·℣·ſi uero igno
biles·coll'·vii·et per glo·in auten·de nō alienan·§· quod
autem·in·℣·mechanicis·coll'·ii·et per glo·in·l·i·§·cau/
pones·in·℣·media ſana·coniuncta alia glo·ibi in·℣·atra
rii·ff·nau·cau·ſtabil'·et per Bar·in·l·fi·in fi·C·de ſuſcep
tori·et archadiis·li·x·facit ad hoc glo·in·l·lex qui tuto/
res·in ℣·labore ſuo C·de admini·tuto·et quod no·glo·
et ibi Ang·in auten·de manda·princi·§·ſi tibi·col'·iii·et
tex·in·l·i·in prin·C·de naturali·liberis· ¶ Decimanona
opi·habentur nobiles orti antiqua ſtirpe quorum maio/
res functi officiis ciuitatis in reipublice adminiſtratione
uerſati ſunt·ut erant Romani·Et hec opinio non mul/
tum diſcrepat a precedenti·¶ Uigeſima ille putaẗ no/
bilis qui illuſtre et per uagatum aliquod inſigne et laude
dignum facinus nobilitauit· ¶ Uigeſimaprima nobiles
eum antiqui appellabant qui ob aliquam precipuam rem
notus uulgatus et aliquo facto arteqꝫ inſignis erat et ſer
mone hominum celebris· Hec tñ uidetur eſſe eadem cuꝫ
precedenti·Quandoqꝫ tñ quis nobilis dicitur ob turpe
facinus·Terentius in eunucho· Tu iam pendebis qui
ſtultum iſtum nobilitas adoleſcentulum flagiciis et eun/
duꝫ indicas·et idem in heautontumerumenon· Mea eſt
potens procax magnifica ſumptuoſa nobilis· Unde fur
et latro quandoqꝫ non immerito etiaꝫ nobiles dici poſſunt
¶ Uigeſimaſecunda nobilitas eſt quedam dignitas a
parentibus deriuata·que a potentiori nominatur· Unde
ad nobilitatem generis quis ſequitur patrem non matrē
ita dicit Bal·in·l·fi·ad fi·C·de ſer·fugi·et dicit Ja·de
alua·in·c·i·in ti·quis dicatur dux marchio·et uide quod
dixi ſupra in·xii·opinione·in tantum ꝙ non ualeret ſtatu
tum ꝙ quis cenſeretur nobilis uel ignobilis ex progenie
materna·Ita dicit Jo·de platea in·l·exemplo·per illum
tex·C·de de decurio·li·x·ad quod eſt addenda·l·i·cum
ibi not·ff·ad municipal'·Et hec opi·ſatis concordat cuꝫ
tertia opi·predicta·¶ Uigeſimatertia omnes illum di/
cunt eſſe nobilem et affirmant qui antiqua familia opulē
tis maioribus cum honore et dignitate in ſua republica
uerſati originem trahunt·Hec uidetur probari in·l·iii·no
biliores·C·de comer·et in Cathone·¶ Uigeſimaquar/
ta ꝙ nobilitas conſiſtat ex ſtirpe antiqua et uirtute·ꝛ iſta
eſt perfecta nobilitas ſecundum Bal·in dicta·l·iii·
¶ Uigeſimaquinta opi·eſt ꝙ nobiles ſint hii qui habent
Imperium et dñationem ut caſtella et iuriſdictiones·fa/
cit quod dixi in·xiii·opinione· Et de iſtis intelligitur·l·
ex facto·§·ſi quis rogatus·ī·cum glo·ff·ad trebel'·ubi ſi
in ſubſtitutiōe eſt appoſita clauſula·ſi heres inſtitutus de
ceſſerit ſine liberis·intelligitur de legitimis et naturalibꝰ
non autem de naturalibus tantum quando ſubſtitutio eſt
facta a nobili·ut etiam dicetur in·xxxiiii· priuilegio·quia
magnum eſſet dedecus ꝙ bona huiuſmodi nobilis per/

uenirent ad baſtardos·et maius preiudicium ſubditorum
quia tľes ſolēt eſſe uicioſi·ar·l·ꝙ ſi nolit·§ qui mācipia·ff·
ď edi·edict·et·c·i·et quod ibi not·extra·de ſi·preſpite·cū
ſimilibus·Intelligendo de nobile habente iuriſdictiones
ut dixi quod non eſſet in ſimplicibus nobilibus habenti/
bus priuatum patrimonium·Unde in nobilibus uenetis
de quibus dixi in·xi·et·xviii·opinione non haberet locū
ille·§·ſi quis rogatus·ſed idem iuris eſſet in eis ꝙ eſt in
aliis non nobilibus ſecundum dnm Pau·de caſtro·ibi·
qui etiam plus·dicit ꝙ clauſula que ſolet apponi per im
peratorem in priuilegiis legitimationum que concedunt
comitibus palatinis dum excipitur filiis comituꝫ marchi
onum baronum et nobilium dumtaxat exceptis·ut dicā
in octauo priuilegio·intelligitur de nobilibus habentibuſ
caſtella et iuriſdictioneſ·unde comites poterunt legitima
re filium unius nobilis ueneti uel florentini non habentis
dominationem ſeu caſtella et iuriſdictiones·quia de tali
bus non cenſetur Imperator ſenſiſſe·ſed de ſimibus his
quos·ſ̄· dixerat cum talia ſint ſubiecta qualia predicata
demonſtrant·ut·l·fi·§ cui dulcia·ff·de vin·triti·et oleo le
ga·et·l·iii·ff·de fundo inſtruct cum ſi·Idem nota·glo·in
℣·ceterorum·in·c·i in prin·de reli·domi·li·vi·⁊ pro hoc
allego·l·ſed ſi addiciatur·ff·pro ſocio·ubi uerbum gene/
rali lucri reſtringitur per ſpeciale proxime precedens·ut
c·ſedes apoſtolica·extra·de reſcript·ubi generalis clau/
ſula reſtringitur ad ſimiles expreſſiſ·Multi enim ſunt no
biles habentes caſtella et dominationem qui non habēt
aliud nomen ut comitis marchionis uel baronis·ſed ſim
pliciter dicuntur nobiles·Et de illis cenſetur Imperator
dixiſſe non de priuatis·cum multi reperiantur nō diuites
quibus non eſſet dedecus ꝙ eorum bona peruenirēt ad
baſtardos et ita tenet idem dns Pau·de caſt·in dicto
§·ſi quis rogatus·qui dixit ſe hunc caſum habuiſſe de fa
cto·uide tamen conſilia in hoc contraria·in quibus dicit
ꝙ in hoc ſit ſtandum cōſuetudini loci in quo fit legitima
tio per ea que not·Bar·in·l·i·in·xiii·coll·℣·quarto in/
fertur et·℣·precedenti·ex predictis·C·de dignita·li·xii·
et dixi in nona et·xvi·opinione·Sed ego teneo primum
eſſe uerius maxime quia beneficium principis eſt latiſſime
interpretandum·ut eſt tex·in·l fi·et ibi not·ff·de conſtitu·
princi·niſi aliter de uoluntate principis conſtare poſſet p
uerba precedentia uel ſequentia in priuilegio apposita uł
alio modo·per·l·ſi ſeruus plurium·§·fi·cum ibi not·ff·de
leg·i·cum ſimilibuſ·Poſſent tamen circa hoc multa de
duci que breuitatis cauſa omittūtur·¶ Uigeſimaſexta
et ultia opinio eſt ꝙ illi dicantur nobiles qui ſunt de ſtir
pe regia·ut probatur Eccleſiaſtici·cx·ubi dicitur·Bea/
ta terra cuius Rex nobilis eſt·coniuncta glo·ibi que ex/
ponit·i·ex ſtirpe regia ut no·bar·in·l·i·in·vii·coll·Repe
rio ꝙ in iure noſtro quis appellatur nobilis quandoqꝫ ra
tione ſcientie ut eſt caſus in ℣·prouidendum·in·℣·nobi
liſſimos·et ibi glo·que dicit ꝙ ſcientia nobilitat hominē
C·de poſtu·et ibi etiam Cy·qui dixit ꝙ Ulpianus iu/
ris conſultus propter ſcientiaꝫ appellatur nobilis ut·l·ii·
§·fi·in fi ff de excu·tuto·ymo appellatur etiam nobiliſſi/
mus·ut·l·diximus·in fi eo·ti·Et ideo iudices et docto·
dicuntur eſſe nobiles·ut not·Bar per illum tex in·l·iudi
ces·C·de dignita·li·xii·Quandoqꝫ ratione·ut habetur
in dicta l·prouidendum·C·de poſtulan·et ideo dicit Iu/
uenalis·Nobilitas ſola eſt atqꝫ unica uirtus·Quando/
qꝫ ratione generis ut dicta·l·iii·ibi·nobiliores natalibus·
C·de comer·et merca·et in·l·ii·§·que oia ibi vir ab anti/
qua ſtirpe C·de uete·iur·enucli·et in·l·fi·mulieres·ibi·et
genere nobilitamus C·de incolis·li·x·et in·l·mulieres·
ibi genere nobilitamus C·de dignita·li·xii·⁊·xxxviii·di·

nullus epiſcopus·ibi·uel nobilitatem generis·Ad quod
adde quod dixi in tertia opi·Et intelligo de genere an/
tiquo·quia ex antiquitate generis quis iudicatur nobilis
ut probatur in·c·l·in ti·quis dicatur dux comes et mar·
facit quod dicam·ī·in diffinitione mea quam tradidi de
nobilitate·Quandoqꝫ ratione filiorum diſcipuloꝝ ⁊ ſub
ditorum·nam nobilior eſt pater propter filios·magiſter
propter ſcolares·preſes propter ſubditos ut not·glo no·
in auten·de dignita·§·i·in·℣·nobiliores·coll·vi·facit ad
hoc·l·in albo·C·de decurio·li·x·et quod ibi not·Quan
doqꝫ propter feudum quod quis habet ab Imperatore·
uel Rege·uel ab aliis qui proprie Regni ſunt capitanei
ſecundum Ia·de bel·ut refert Bal·et do·Ia·de alua·
in dicto·c·i·in ti·quis dicatur dux marchio comes·et ſu
pra dixi in nona opinione·Quandoqꝫ dicitur loci nobi/
litas·ut·lx·di·adam·ibi·nobilitate loci priuatur·Et ideo
ciuitas quandoqꝫ appellatur nobilis ut eſt tex·in·l·nō tā
tum·§·i·ylienſibus·ibi·propter inclitam nobilitatem ciui/
tatis ff·de excu·tuto·ad quod uide quod dixi in·xxv·p/
uilegio·et uide·l·i·in prin·ibi·colonia unde mihi origo fu
it nobilis in regionibus ſirie·ff·de cenſibus Quādoqꝫ di
citur rerꝫ nobilitas eutropio teſte libro nono Carus au/
guſtus varone natus res nobiles contra Perſas geſſit·
Quandoqꝫ nobilitas dei dicitur ut dicto·c·adam·ibi·
qui nobilitatem dei·Sed ueram et omni ex parte perfe
ctam eius nobilitatem eſſe dixerim que ex antiquis ma/
ioribus cum diuiciis et uirtute ſibi etiam coniunctis cum
honore et dignitate proficiſcitur·Et pro hoc dicta·l·iii·
C·de comer·et merca·que uidetur probare ꝙ tria indu/
cunt nobilitatem natiuitas honores et diuicie·ſecundum
Anto·de but·in repertorio in uerbo nobilitas·in·iii·q·q̄
tū lex licet dictum ſit in ſe uerum·ſecunduꝫ cōmunem ho
minum exiſtimationem parum facit·quia ibi nobilitas ho
nores et diuicie ponuntur ut diuerſa·ſecundum Ia·but·
ibi et ꝙ uirtus cum diuiciis honore ac dignitate homi/
nem non reddat nobilem·niſi etiam fuerit in ſuis proge/
nitoribus ſentit et tenet Bal·in·c·i·§·ſi ruſticus in ti·de
pace tenen·in uſi·feudo·ubi dicit per illum tex·in·℣·pro
bare poſſit·ꝙ qui nobilitatem allegat eam probare debet
et ſicut una irundo non facit ver·ita non intelligitur de
genere militari niſi qui probet ꝙ antiquitus ſui maiores
fuerunt legitime milites allegat etiam quod not in·l·ſte
mata·ff·de gradibus·⁊ idem etiam uult ipſe Bal·in pre
ludiis feudoꝝ·in·xx·coll·in·x·diuiſione·ubi dicit ꝙ nobi
litas in ictu oculi non naſcitur·vnde antiquum feuduꝫ ſa
pit nobilitatem non autem nouum·ad quod adde quod
dixi de nobilitate generis·Nec etiam hec tria in maio/
ribus noſtris cum uirtute fuiſſe ſufficiunt·niſi etiam nobis
qui nobiles eſſe et haberi uolumꝰ adſint·et ita tenet Io·
bridani·x·Ethicoꝝ·q·i·in·iii·col·ubi dicit·qui ex inge/
nuis deſcenderunt ſi ſuos progenitores ſecuti fuerint ſe/
cundum uirtutes illi formaliter dicuntur nobiles et inge/
nui·Et ideo ſi quis ad paupertatem deuenerit uel ad ar
tes uiles exercendum non dicetur nec reputabitur nobi
lis in multis partibus Italie·ut not·Bar·in dicta·l·i in
fi·C·de dignita·in repetitione·ad quod eſt uidenduꝫ qđ
dixi ſupra in·xviii·opinione ad fi·Licet paupertas ciuita
tis non minuat prerogatiuam regni ut·xciiii·di·legimus
in·℣·paupertatis·Ex his ſatis percipi poteſt an glo·Io·
theutunici in decret uera ſit·que dicit in·c·quorundam·
in prin·xxxiiii·di·ꝙ germanici·id eſt theutunici ſunt uiri
nobiles·His ſic ſummatim cognitis dicit per Bartho/
lomeum Colionū in ipſo conſiſtere predictam ueram et om
nium ex parte perfectam nobilitatem atqꝫ ideo ipſuꝫ eſſe
anteponendum cum ſuo Colionorum familia Bergom·

antiquiſſima ſit·progenitores ſui virtute diuitijs et bono
re clariori ut nec minor fortunis uirtute dignitate atq̧
honore maioribus ſuis· Nunc idſe exiſtimetur preſertim
cum maximo ſtipendio et multis equitum ac preditū co
piis ſumma cum laude ſemper militauerit· Et ꝙ ob hanc
preclaram nobilitatem indubio ipſe precedere debeat ꝓ
batur in·l·honor·§·de honoribus·ibi·origo natalium·ff·
de mune·et hono·et in dicta·l·prouidendum·in·℣·nobi
liſſimos·C·de poſtu·et in·l·i·et fi·et quod ibi not·Bart·
ff·de albo ſcriben·facit·l·fi·ff·de fi·inſtru·cum ſi·Et pro/
batur in·l·i·C·de condi·morti·publi·li·x·in·℣·nobilis·et
ibi Jo·de platea qui dicit per illum tex·ꝙ in electione o
fficialis conſideranda eſt nobilitas·ad quod adde quod
dicam in·xi·priuilegio·Et pro hoc glo·in Rica·C·quē/
ad·ciui·mune·indi·li·x·et probatur in·c·hec ſcripſimus·
in fi·xxx·di·et ibi hoc not·Archi·qui dicit ꝙ in electio/
nibus habenda eſt ratio nobilitatis·allegat in auten·de d
fenſo·ciui·in prin·et·§·interim·et dicam in ſecundo pri/
uilegio et quod legitur et not·in·c·conſtitutis·extra·de
appel·et ibi glo·in·℣·in potentia·et probatur in·c·nobi/
liſſimus·xcvi·di·et in·c·grandi·in prin·in·℣·nobilem·de
ſup·negli·prela·li·vi·et ibi not·et in·c·officii·in·℣·q̃zdaz
nobilem·extra·de elect·cum ſimilibus· De quo etiam ui
deatur per Jo·bridani·ii·polit·q·xviii· hoc idem etiam
probat in extrauag·Jo·xxii·que incipit·execrabilis quo
rundam·circa prin·ubi dicitur ꝙ filii Regū propter ſub
limitatem eoꝝ ac generis claritatem ſunt potiores prero
gatiua attollendi·Et idem tenet Jo·an·in·c·uenerabilis
in·℣·uirtutum·extra·de preben·in nouella·ubi dixit ꝙ in
dignitatibus habetur ratio nobilitatis et potentie·alleg·
§·i·in auten·de defen·ciui·et·l·honores·ff·de decuri·et
dictum·c·i·grandi·de ſup·negli·prelat·li·vi·et uide eun/
dem Jo·an·in dicto·c·uenerabilis·in·℣·honeſte· Et ꝙ
nobiliores indubio potius eligi debeāt·eſt tex·et ibi hoc
not·glo·in auten·de defen·ciui·in·§·interim·in·℣·nobili
oribus col·iii·et probatur in·§·pe·eo·ti·ibi conuenit unū
quemq̧ nobiliorem·et in auten·de referendariis·§·fina·
colla·ii·et ſatis etiam probatur·xxiiij·di quando epiſco/
pus·in·℣·genus·et hoc no·Bar·in dicta·l·i·in·iij·col·
ad fi·C·de dignit·li·xii et De utro·i·de tribubus ueſtris
ſapientes et nobiles conſtitui eos principes·Et propter
hoc dixit Ang·in auten·de defen·ciui·poſt prin·ꝙ offi/
cia publica potius ſunt danda nobilibus q̃z popularibus
pro quo allego·l·honores·in prin·et in·§·ii·is qui·ff·de
decurio·ubi dicitur ꝙ decurionū honoribus plebei fun/
gi prohibentur· Et hanc ſententiam ꝙ nobiliores potius
ſint eligendi confirmat Jo·bridani·x·ethicoꝝ·q·i·in·iij·
col·qui dixit ꝙ illi qui ſunt nobiles ceteris paribus ſunt·
aliis prehonorandi· Preterea hoc etiam probatur·naz
nobilitas habet hanc legem ꝙ promittens debet excreſ
cere ſuaz promiſſionem in benefaciēdo·ut eſt caſus in·c·
i·extra·de dona·licet ibi loquatur de urbanitate· ut ibi
not·et not·dñs·Ja·de alua·in·c·i·§·i·in ti·quis dicatur
dux marhcio comes·naz tex·ibi in dicto·c·i·ſic dicit hanc
ſibi quodāmodo legem nobilitas ponit ut debere ſe qđ
ſponte tribuit exiſtimet·et niſi in ſuis beneficiis creuerit
nihil ſe preſtitiſſe putet·unde ille tex· allegatur ꝙ obliga
tio ad antidora non cadit inter nobiles quia nobilis ſem
per propter nobilitatem ſuam credit ſe eſſe obligatum·
quam obligationem donando credit exſoluere· ut dicit
Ludouicus de Roma in ſuo ſingulari quod incipit·no/
bilis ſcientia·Et ideo dicit Bal·in·l·ſi paterno·C·de ne
go·geſt·ꝙ nobilis facilius preſumit donare q̃z ignobilis·
ar·l·filiuſfamil·ff·de dona·Cum ergo hoc ſit ſequitur ꝙ
nobilis magis eſt liberalis ſaltem preſumptiue que libera

litas multum confert principatui·ut dixi in·xi·argumen/
to pro diuite ſiue diuiciis·Ceterum ut clarius oſtendatur
nobiliorem potius eligendum eſſe·ſubiiciam eius priuile
gia ex quibus uidebitur ipſum merito anteponendum fu
iſſe ¶ Primum priuilegium eſt ꝙ in dubio nobiliores e
liguntur ut dixi· ¶ Secundum quia in electionibus et
aliis actibus ſi uoces ſunt hinc inde pares nobiles prefe/
runtur·ut·ff·de pactis·l·maiorem·et not· Bart·in·l·i·in
xii·coll· ℣·ex hoc ſequitur aliud ꝙ titulus·C·de dignit·
li·xij·et Archi·xxx·di·hec ſcripſimus·in fi·hoc uult dum
dicit ꝙ in electionibus habenda eſt ratio nobilitatis ut ꝓ
xime dixi· ¶ Tertium in teſtimoniis· in dubio enim te/
ſtes nobiliores preferuntur·ut·l·iij·in prin·ff·de teſtibus·
et·l·ob carmen·§·fi·eo·ti·et no·Bar·in dicto ℣·ex hoc
ſequitur·et pro hoc uide quod not Spe·in ti·de teſte·§·
i·circa prin ibi·quarto fallit·ubi dicit ꝙ ſi queritur an ma
trimonium ſit contractum uel non ſponſa forte dicente
contractum ſponſo uero negante ſi ipſe ſit ditior uel nobi
lior uel honorabilior uel potentior pater et mater ſponſe
non admittuntur ad teſtificandum· Si uero par uel inferi
or ſic in fauorem matrimonii·extra·de teſti·ſuper eo ⁊ de
ſponſalibus ſicut ex litteris· Subdit etiam ꝙ ſi alter iſta
rum ſit ditior uel nobilior·in aliis ſint pares· ſufficit quo
ad hoc ut pater et mater intelligantur ſuſpecti per dictuz
c·ſuper eo·ubi dicit uel honore dicit enim uel innuet
¶ Quartum circa penas nobilitati parcitur· quia aliter
punitur nobilis q̃z ignobilis ut eſt caſus et ibi glo·in·℣·
nobilitati·in·c·fi·extra·de penis·et·xxiiij·q·i·qui contra
pacem·et·l·di·contumaciſ Quod intelligo de pena cor
porali non pecuniaria·ut eſt caſus cum glo·i·magna que
omnino eſt uidenda in·c·cum quidam·extra·de iureiurā·
de quo uide plene per Albr·de roſa·in·l·preſpiteri·C·de
epiſ·et cleri·et per glo·in·c·i·§·ſi ruſticus·et ibi per doc·
in ti·de pace tenen·facit quod dicam in ſequenti·⁊ in de
cimooctauo et·xx·priuilegio et in·vij·priuilegio dignitat
et in quarto priuilegio diuitum· ¶ Quintum nobiles ho
mines ex conſuetudine non ſuſpenduntur nec patiuntur
iſtas penas uiles·et idem de aliis popularibus diuitibus
et honeſtioribus ita dicit Bartholus·in·l·capitalium·
§·ſerui ceſi·ff·de penis·et eſt tex·cum glo·in ℣·torquen
tur·in·l·deſertorem·§·pena militum·et ibi etiam Bart·
ff·de re mili·et adde quod not·glo· Bal·et docto·in·c·
i·§·ruſticus·in fi·in ti·de pace tenen·in uſi·feudo·et quod
dixi in precedenti priuilegio et quod in ſequenti dicetur
¶ Sextum mulier nobilis non damnatur in metallum·
in perpetuum uel ad tempus·licet alias ſi nobilis nō eſſet
damnari poſſet·ut eſt tex·cum glo·in·℣·femine·l·aut dā
num·§·in miſterium metalli·ff·de penis· ¶ Septimuz in
ignoſcendo nobilitati defertur facilius etenim ignoſcitur
nobili· Teſte Cicerone in li·ſecundo rethoricoꝝ ubi de
deprecatione docens ait· Hec ignoſcendi ratio quereret
ex his locis ſi plura aut maiora officia quā maleficia uide
buntur conſtare ſi qua uirtus aut nobilitas erit in eo qui
ſupplicabit·et adde quod dicetur in·xxviij·priuilegio·
¶ Octauo in beneficiis magis eſt prouidendum nobili/
tati ut·lxxxvi·di·non ſatis·℣·Item conſiderando·et no·
Goffredus in ſumma in titulo de tempo·ordi·§·ſed cir/
ca hoſpitalitatem·in fi·ibi·in ſecundo caſu cum non pōt·
unde nobiliores etiam ſcientia in maioribus et pluribus
beneficiis ſunt honorandi ab illis qui eos promouent·ut
in·c·de multa·de preben·et not·glo·in·℣·nolumus eſſe
potiorem·in·c·ſtatuimus·extra·de maio·et obedi· pro h
facit quod dicam in ſequenti·et in·xj·priuilegio· ¶ No
no in diſpenſatione pluralitatis beneficiorum·ut eſt tex·
in extrauag·conſtitutione Jo·xxij·que Incipit· Execra

bilis quorundam·circa prin· ¶ Decimo in conceſſione
priuilegiorum legitimationis filiorum in quibus cõmuni
ter excipiuntur filij nobilium·dum in eis dicitur·filijs illu
ſtrium et nobilium uiroꝝ dumtaxat exceptis·Nam hos
tales non uult Imperator poſſe per alios legitimari·Ad
quod adde quod dixi in·xxv· opinione de nobilitate· et
quod dicam in·xix·priuilegio·¶ Undecimo in conſtitu
tione dotis uel donationis propter nupcias furioſorum·
in quibus non ſolum curatores ſed etiam hij qui ſunt ex
eo genere nobiliores adhibendi ſunt·ut eſt caſus in·l·tã
dementis·C·de epiſ·audien·Et ideo dicit ibi Albri·de
roſato ꝙ nobiliores de genere puelle ſunt uocandi cum
agitur de dote ſibi reſtituenda·et idem dicit ibi Raph·
fulgoſius in fi·qui dicit idem in filijs maritandis ut nobi
liores ex genere debeant adhiberi·pro hoc etiam·l·ſi fu/
rioſi·C·de nupt·et uideatur in ſequenti· ¶ Duodecimũ
nobiliores genere uocantur ad nuptias ita dicit Albri·
de roſa·in ſuo primo alphabeto in·℞·nobiles·per dictã
l·tam dementis·C·de epiſ·audi·¶ Tredecimum hone
ſtiores hoĩes et excelſi·et ſic nobiles nõ ſolent pati nomi
na ſua in inſtrumentis aſſcribi· ut eſt tex·in·l·pupillus·§·
ſed ſi per interpoſitam perſonam·§·de aut·tuto·et proba
tur in·l·optimam·et ibi glo·in·℞·excelſas·C· de ↄtrahẽ·
⁊ cõmit·ſtipu·¶ Decimumquartũ in priuilegio conden
di teſtamenta·ut eſt caſus in·l·omnium· in prin·ibi·inter
tot nobiles·C·de teſta·ſed ibi priuilegiũ principaliter cau
ſatur propter preſentiam principis·ad quod adde quod
dicetur in·xxvi·priuilegio·¶ Quindecimum in electio/
nibus faciendis·ut in·c·officii·ibi·in quodam uirum no/
bilem·extra·de elect·pro hoc uide quod dixi ante hec p̄
uilegia·et in primo et ſecundo priuilegio· ¶ Decimum
ſextum quia pro nobilioribus preſumitur ut not·Bal·in
l·ſi furioſi·C·de nupt·et not·Albri·de roſa·in·l·ii·§·que
omnia·in·℞·antiqua ſtirpe·C·de uete·iur·enucl·· et dixi
ſupra de natione reſpectu generis·pro quo ego alle·glo·
in terminis·in·c·illud·xl·di·que dicit ꝙ in hijs que ſpe/
ctant ad nobilitatẽ preſumitur pro nobilibus·et adde qꝺ
ſtatim dicetur·¶ Decimũſeptimum ſi tutor nobilis pa/
lam per interpoſitam perſonam eo auctorante rem pupil
li ſui emat non preſumitur fraus facta·Secus ſi alius tu/
tor ignobilis et uilis perſona emeret eo modo tunc enim
fraus facta preſumeret·caſus eſt in·l·pupillus·§·ſed ſi per
interpoſitam perſonam·ff·de aut·tuto·pro quo facit opti
me quod in precedenti dictum eſt·¶ Decimũoctauum·
in imponendis muneribus et honoribus· unde ſi aliquis
eſt incola duarum ciuitatũ et ab utraqꝫ ſimul uocatur ad
munera nobiliori et maiori ciuitati eſt deferendum ar·in
auten·de heredi·et fal·§·ſi quis autem nõ·coll·i·et in au
ten·de defen·ciui·§·interim·in coll·iij·et·ff·de fi·inſtru·l·
fi·et·C·de natura·liber·l·ſi quis· et hoc nota·glo·in·l·i·
C·de mune·patrimo·in glo·magna circa fi·li·x·¶ Deci
mumnonum quia miles ignobilis non poteſt prouocare
nobilem ad pugnam ſiue duellum·ut eſt caſus in·c·i·in·
§·ſi miles aduerſus·in ti·de pace tenen· in uſi·feudo· Et
eſt ratio·quia pugna debet fieri inter equales ut no·glo·
et docto·in·§·ſi ruſticus·dicti·c·i·et not·docto· et maxi/
me dñs Ja·de alua·in dicto·§·ſi miles aduerſus· ¶ Vi
ceſimum in maiori depoſitionis fide·nam plus creditur no
biliori ut eſt tex·et hoc not·glo·in ℞·plebeius· in·l·iij·in
prin·ff·de teſti·ad quod uide quod dixi ſup̄ in primo pri/
uilegio·ymo plus dicit Bal·in dicta·l·iij·ꝙ plus creditur
vni nobili q̃ꝫ decem ruſticis ¶ Viceſimũprimum in ero/
gatione facienda pauperibus·nam ſi unus eſt nobilis qui
habet alimenta ſed ſuam dignitatem conſeruare non po
teſt et habet forte puellas quas maritare nõ poteſt·in ſub

ſidium uite poteſt epiſcopus aliquid ſibi dare tanqꝫ pau/
peri·quia licet non ſit omnino mendicans·tamen ſecun/
dum ſtatum natalium ſuoꝝ aliqua ſubſtentatione eget·⁊
dico inter pauperes cõnumerantur·caſus eſt in·l·ſi quis ẽ
ad declinandum·C·de epiſ·et cleri·ſecunndum Bal·ibi
qui ita not·in·ij·coll·ad fi·℞·circa tercium membrũ·qꝺ
eſt not·et uide in ſequenti·¶ Viceſimũſecundum in de
ductione ne egeat in qua debet haberi ratio perſonarum
et conditio perſone ·ut ſi nobilis miles uel doctor an ru
ſticus·nam ſi eſt ruſticus ſatis eſt ꝙ pro alimentis habeat
panem cepe aleum et caſeum·vt not·glo·in·l· ſeruis ur/
banis·in prin·ff·de lega·iij·Si uero eſt nobilis tunc ſe/
cundum eius conditionem alimenta ſunt ipſi relinquẽda
et ita tenet Ja·de arena·et Albri·de roſa·in·l·ſi marit⁹
in id·ff·ſolu·matri·Satis enim turpe eſſet ꝙ maritus no
bilis uel doctor licet non cogatur mendicare ꝙ ſolus co
gatur uiuere·et ſic cum dedecore ſue dignitatis·et hoc e
tiam tenet dñs meus dñs Ang·de are·inſti·de actio·§·
item ſi de dote·in fi·pro hoc tex·cum glo·in·℞·dignita/
te·in·l·nepos proculo·ff·de uerbo·ſigni·et eſt tex·xli·di·
non cogantur·et in·l·cum plures·§·in primis·et·l· tutor
ſecundum dignitatem in prin·ff·de admini·tuto·et glo·
li·in·c·cum adeo·ex̃·de reſcript·et glo·et in·v·priuilegio
diuitum·in·c·conquerenti·in·℞·ſufficientia· de cle·non
reſiden·facit quod dicam in ſequenti·et in·xiij· et·xxx·p̄
uilegio dignitatis· ¶ Vigeſimumtertium quia nobilis
non tenetur colere terram·vnde licet filio robuſto et bo/
ne ualitudinis qui poſſit operari et ex ſua induſtria ſibi fi/
ctum querere·pater non cogatur alimenta preſtare· ut·l·
ſi quis a liberis· §·ſed ſi filius·ff·de lib·agnoſ·tamẽ hoc
debet intelligi ſi conditio natalium hoc patiatur·nam ſi e
ſſet filius unius nobilis certe non debet ſibi imponi nece
ſſitas terram uel agrum colendi·non enim quis poſſe di/
citur ꝙ honeſte non poteſt·l·nepos proculo·ff· de uerb·
ſigni·ſecundum Bar·in·l·i·ad fi·C·de mendi·uali·li·xi·
ad quod optime facit tex·in dicta·l·ſi quis a liberis·poſt
prin·ibi·quorundam neceſſitatibus facilius ſubuenitur·et
quod dixit Bal·in·l·alimenta·C·de nego·geſt·ꝙ muli/
er nobilis que non poteſt lactare non tenetur· nec aliam
nutricem querere allegat Azo·in ſumma·C·de patr·po/
teſta·in fi·et facit quod dictum eſt in precedenti·⁊ quod
etiam in ſequenti dicetur·¶ Viceſimumquartum nobi/
lis non tenetur ire pedes ſed eques ſecundum conditio
nem ſue perſone·ut probatur per glo·in·l·idemqꝫ·§·idẽ
labeo·ff·mandati·et per not·per Bal·in·l·liberti liberte
qꝫ·in·v·coll·℞·dubitatur ſi eſt bannitum·C·de ope·libe·
et per Nicolaum de neapoli·in·l·i·§·ſi pupillus ff· de tutel·et
ratio·diſtra·et uide quod dixi in precedenti·et quod di/
cetur in ſequenti priuilegio·¶ Viceſimũquintum ſi quis
tenetur reddere rationem nobili debet ad eum accedere
ut eſt tex·cum glo·not·in·l·penul·§·fi·ff·de condi·et de/
monſtra·facit quod dixi in tribus proximis priuilegijs·
¶ Viceſimumſextum nobilitati defertur in defendẽdo·
nam nobilis priuilegiatus eſt ut defendatur et ne de faci
li conueniatur·ar·xxi·q·i·frater·vi·q·i·§·uerum ·xxxij q·
v·p̄ceptũ·ex̃·de pur·ca·c·i·et·ff·de in ius uo·l·ij·ſm ſpe·
qui ita not·per dicta iura in ti·de reo·in prin ℞·item no
bilis·¶ Viceſimũſeptimum in litteris obtentis cõtra no
biles uel maiores poteſtatis et cõmunia poni debet hec
clauſula prouiſo ne in terram uel uniuerſitatem dicti nobi
lis uel poteſtas excõicationis uel interdicti ſententiam p
feras·niſi a nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpecia
le·de ſenten·excõi·Romana·§·fi·ita not Spe·in ti·de
reſcrip·preſenta·§·ratione forme quoqꝫ ℞ nunc dicam⁹
¶ Viceſimũoctauum mitius agendum eſt cum nobiliqꝫ

cum ignobili·ut eſt tex·et ibi hoc not·glo·xli·di· non co
gantur·ad quod uide quod dixi in tertio priuilegio
¶ Uiceſimumnonū appellatione liberoꝝ in ſubſtitutio
ne nō continentur naturales tantū ſiue baſtardi· quando
teſtator eſt nobiliſ·ut eſt tex·cōiuncta glo·in·℣·ex uolun
tate·circa prin·ibi ſit nobilis uel non·in·l·ex facto·§ ſi qs
rogatus·i·ff·ad trebel·et ibi omnino uide dn̄um Pau·
de ca·qui ponit de q° nobili intelligat·q₂ intllr de nobili
habente iuriſdictoinē· Et eſt ratio·quia magnuꝫ eſſet de
decus ut eius bona ad baſtardos peruenirent·ut dicit ibi
do·Pau·de caſt·circa quod adde quod dixi in·xxiiii·
opi·de nobilitate·¶ Trigeſimum quia nobiles debent
mitti obuiam principi uel altero preclaro uiro aduenienti
ut dicam in·xxxiij·concluſione·¶ Trigeſimūprimum no
bili ad paupertatem redacto dari ſolet gratis ſoldata·et
ibi hoc not·dn̄s Ja·de alua·qui dicit ꝙ ita multotiens fi
eri contingit in curiſ principum et bene·¶ Trigeſimum
ſecundū ſi teſtiſ qui debet examinari eſt pauper ita ꝙ eſſet
ei uerecundia exire domum quia nobilis eſt debet mitti
ad eius domū ut eſt tex·coniuncta glo·in·c·ſi qui teſtium
extra·de teſti·et uide in ſequenti· ¶ Trigeſimumtertiuꝫ
·l·ad egregias perſonas·ff·de iureiuran·habet locum in
paupere cui eſt uerecundia domum exire eo ꝙ eſt nobiliſ
et hoc fuit de facto Rome et per dn̄os de Rota ita de/
terminatum·per dictum·c·ſi qui teſtium·ſecundū Ludo·
de Roma in cli·ſingulari·quod·tu audiuiſti ad egregias
alias incipit·quero an illa·l·ad egregias· et eſt glo·in di
cto·c·ſi qui teſtium·ut dixi in precedenti et probatur per
glo·in auten·de heredi·et fal·in·§·hinc nobis·in fi·in·℣·
neceſſitas·col·i·facit·l·in eadem·in fi·cum glo·ff· qui·ex
cau·maio·et ideo dixit Bal·in·l·mutus·§·is qui curato
rem·ff·de procura·ꝙ ſi de mandato procuratoris adulti
uel adulte dubitatur iudex mittet ad domum adulti uel
adulte·quia forte eſt perſona nobilis ad intelligendum ſi
conſentit illa procurationi nec ne · Addit etiam ipſe
Bal·ꝙ minor poteſt conſtituere procuratorem ad peten
dum ſibi curatorem quod dicit eſſe utile pro puellis et no
bilibus adultis ꝙ nolunt ire ad iudicem perſonaliter·naꝫ
iſte actus eſt explicabilis per procuratorem·¶ Trigeſi/
mūquartuꝫ licet ſponſus uel maritus confiteatur ſe plura
in dotem recepiſſe q̄ꝫ receperit nō ſibi preiudicet talis cō
feſſio quin poſſit petere illud plus quod reuera non acci/
pit·ut eſt tex·ualde nota·in·l·ſi uoluntate·C·de dot·pro/
miſſ·et ibi per docto·Tamen ſi quis ignobilis ſiue uilis
conditionis accipiat nobilem dn̄am pauperem pro uxo/
re cauſa contrahendi affinitatem cum illa familia·uel pa
cis intuitu uel pietatis uolens eam dotare et confiteatur
ſe plus recepiſſe q̄ꝫ receperit·uel totum recepiſſe cum ni/
hil receperit ualet et tenet talis confeſſio et preiudicat cō
fitenti·ut eſt glo·not·in dicta·l·ſi uolūtate·et ibi per Cy·
Bar·et docto·et probatur in·l·ſi ſtipulatus fuero te ſiſti
§·fi·ff·de uerbo·obli·et ibi hoc not·Bar·Ang·et doct·
quod bene nota·quia ſepe hoc de facto contingit quādo
diues ignobilis et uilis conditionis accipit aliquam uxo
rem nobilem cauſa ſe nobilitandi et dotat eam ſine con/
fiteatur ſe recepiſſe dotem quam non recepit quod ualet
quia remuneratio inter uirum et uxorem minime repro/
batur·ut·l·quod autem·§·ſi uir·i·ff·de dona·inter ui·⁊ ux
orem·que remuneratio in hoc eſt quia compenſatur nobi
litas uxoris cum pecunia ſiue dote mariti·ut not·Bart·
in·l·ſi diuortio·ff·de uer·obli·et in dicta·l·ſi uoluntate·fa
cit ad hoc quod in ſequenti priuilegio dicetur·Secuſ er
go eſſet ſi ambo eſſent nobiles ſed unuſ minus q̄ꝫ alter q₂
talis confeſſio ſiue donatio uel ſimulatio nō ualeret et ita
intelligit·l·i·C·de dona·ante nup·ſecundum Bar·in di
cta·l·ſi uoluntate·C·de dot·promiſſ·quod eſt ualde not·
Tutius tn̄ eſt ꝙ maritus dotet uxorē in totum uel in par
te·et dicit ꝙ hoc facit cauſa remunerandi nobilitateꝫ ux
oris quia tunc ualebit ſine dubio·ſm Ludo·de roma·in
dicta·l·i·ſi diuorcio·ff·de uer·obli·et bene· Ad predicta
facit optime·c·unicum·in ti·de fili·na·ex matri·ad mor/
ganicā contracto·et quod ibi not·doct·et maxime bal·et
dn̄s Ja·de alua·et·c·mulier·et quod ibi not·per docto·
et in·c·filii·et ibi docto·⁊ maxime dictus·d·Ja·de alua·
in·℣·quero ab extra·in ti·ſi de feu·fue·controuer·in uſi·
feudo·ubi omnino eſt uidendum· ¶ Trigeſimūquintum
quantum propter nobilitateꝫ uiri maior dos ab uxore eſt
conſtituenda·quia iuxta uiri nobilitatem dos fieri debet·
ut eſt tex·cum glo·i·xxx·q·v·nullum·pro quo uide·l·que
ro et·l·cum poſt·§·gener·ff·de iur·do· et l·ſi filie pater·
ff·de le·iii·ad quod etiam uide in·xvi·priuilegio cum ſe·
et quod in precedenti dictum eſt· ¶ Trigeſimūſextum·
licet nobiles de iure non excuſentur a muneribus tam p/
ſonalibus ut in auten·de defen·ciui/§·pe·ſi qua uero·ibi·
conuenit enim coll·iii·q̄ꝫ realibus·ut·l·munerum·§ patri
moniorum·et ibi hoc not·Bar·ff·de mune·et bono·Et
not·Albri·de roſa·in ſuo tractatu de mune· et honori·in
in antepe·in ulti·carta·in·ii·coll·℣·ſed quero nūquid no
biles excuſentur·⁊ do·Bartho·de ſali·in·l·reſcripto·§·
ſciendum·eo·ti·antepe·ad fi·℣·iuxta hoc quero nūquid
nobiles excuſentur·in repetitione ſua·ubi omino de hoc
eſt uidendum·Ad quod etiam adde quod dicam in de
cimoſexto priuilegio dignitatis·tamen propter nobilita/
tem tribuitur quandoꝙ imunitas·ut eſt pulcher tex· in·l·
non tantum·§·i·yllienſibus·ff·de excu·tuto·ubi dicit qui
propter inclitam nobilitatem ciuitatis ylienſium a Roma/
nis pleniſſima imunitas eis conceſſa eſt·et ibi hoc notat·
Bal·et do·Nic·de neapoli·qui dicunt ꝙ nobilitas tri
buit imuuitatem ſiue cauſa eſt imunitatis concedende· et
ita obſeruatur apud ueros et optimos dn̄os qui nobiles
ſuos ſolent imunes ⁊ exemptos reddere·et propterea an
tiqui domini ueronenſes per priuilegia marchiones ma
laſpinas·Strennuos uiros de ueime preclaros de noga
rolis et ornatiſſimos biuilaquas omnes nobiles ciues ve
ronenſes ab omnibus muneribuſ et oneribus imunes ac
exemptos fecere·¶ Trigeſimūſeptimum ad latus Im/
peratoris principum ac dn̄orum ſtare debent nobiles ac
probatiſſimi uiri·Non autem plebei ſiue populares et im
probi·ut probatur in·l·omnium·circa princi·ibi·inter tot
nobiles probataſqꝫ perſonas·C·de teſtamen· et dicit ibi
Bal·in principio ꝙ ubi eſt princeps ibi nobiles adſtant·
Et ideo Anto·de la Scala ac potiſſimum ratione ꝙ po
pulares et ruſticos atqꝫ improbos in ſua curia ſemper te
nuit e Regno ſue ciuitatis Veronenſ·unde mihi origo
eſt expulſus extitit eorum enim conſilio nobiles ciuitate
expulſi poſtea perditionis ſue cauſam prebuerunt·
¶ Trigeſimumoctauum nam cuſtos qui magnis rebus
adhibetur debet eſſe nobilis prudens et fidelis·ut·l·i·C·
de condi·in orreis publi·libro·x·ita dicit Bald·in·l·ex
diui·circa finem·C·locati·¶ Trigeſimūnonum quia par
citur quandoqꝫ nobili·illa eniꝫ purgatio nō indicitur nec
excōicatur·naꝫ licet ſic poſſet eccleſia procedere·ut in·c·
excōmunicamus·de hereti·Poteſt tamen pretermitte/
re ex cauſa propter conditionē perſone·ita dicit Jo·an·
in·c·fi·in nouella·extra·de penis·per illum tex·Ad quod
adde quod dixi in tertio quarto quinto ſexto priuilegio·
¶ Quadrageſimum quia appellatione nobilium cōpre
henduntur comites·ut probatur in·c·grandi·in prin·ibi·
nobilem uirum comitem·de ſup· negli prela·Et ibi hoc
not·dn̄s Dominicus de ſancto Geminiano in principio

in tertio notabili·qui dicit ꝙ hoc eſt not·quia facit ad ꝑ
uilegia diſpenſationū conceſſa ſuper legitimatione·in qui
bus excluduntur filii nobilium ut dixi in·xxv·opinione ꝺ
nobilitate·et in·vii·priuilegio·nam includuntur in tali ex
cluſione filii comitum·allegat etiam·c·conſtitut̄·ii·in pn̄·
extra·de teſti·ibi nobilis uiri marchionis·¶ Quadrage
ſimūprimum eſt in dignitate·nobiles eniꝫ ſunt digniores
ut probatur in qꝫ plurimis predictis priuilegiis·et per ea
que dicam in·xxiii·concluſione·et probatur in dicto·c·
ſuper eo·extra·de teſti·et not Spe·in ti·de reſcript̄·pre
ſenta·§·ratione autem cauſe·circa prin·℞·ſed que ſit per
ſone et dico qui nobiles tanqꝫ perſona digniſſima de iu
re ciuili non poteſt capere in uxorem turpem meretriceꝫ
uel ſimilem·ut eſt glo·not·in·℞·perſona·iu·l·fi·in princi·
C·de ſponſa·¶ Quadrageſimūſecundum nobilibus di/
gnior locus debetur·quia ſi dignioribus debetur·ut dixi
in primo dignitatis priuilegio·ergo nobilibus qui digni/
ores ſunt ut proxime dictum eſt·¶ Quadrageſimūterti
um nobiles magis honorandi ſunt qꝫ ignobiles·ut pro/
batur per ea que dixi ſup̄ in pluribus priuilegiis et de na
tione reſpectu patrie·et infra in·xxiii·concluſione·et ita
ſeruari uidemus·¶ Quadrageſimūquartū nobiles ſunt
maioris eſtimationis et auctoritat̄ ex quo digniores ſunt
ac magis honorantur·ut dixi in duobus precedentibus
priuilegiiſ·¶ Quadrageſimūquintum quia nobiles ſunt
in maiori gloria ut dixi ſupra de natione reſpectu patrie·
¶ Quadrageſimūſextum eſt nobileſ aliis maiores ⁊ po
tentiores dicuntur ut eſt tex·coniuncta glo·in·℞·maio/
iores natu·ii·di·lex eſt·et ibi Archi·in fi·et ſuperiores ut
eſt tex·in·c·ſuper eo·ibi·ſuperior potentia diuiciis uel no
bilitate·extra·de teſti·Unde Ouidius methamorphoſe
os li·xii·Aſt ego ſi uirtus in me dubitabilis eſſet·nobili/
tate potens eſſem thelamone creatus·Et ideo dixit bal·
not·in ti·de pac̄ conſtan·in penul·carta ad fi·ſuper·℞·b·
maior·ꝙ ille qui eſt nobilior et potentior in liga·i·confe/
deratione intelligitur ſuperior ad quecunqꝫ facienda·ar·
ff·de fi·inſtru·l·fi·et in·c·i·ex̄·de maio·et obe·per Inn·
¶ Quadrageſimūſeptimum et ultimum in omnibus ca
ſibus in quibus ignobilitas nocet in illis nobilitas ꝓdeſt
et eſt priuilegiata ſicut in ſimili de diuiciis·in ultimo pri/
uilegio diuitum dicetur·tot deniqꝫ laudes habet nobili/
tas quot in ethere ſidera fulgent·

Atione dignitatis uidetur ꝙ Bartho/
lomeus colionus nō teneatur ſubeſſe im
peratori·Sed ne ignoretur de qua dig
nitate dicat̄ priuſ declarari oportꝫ quot
modis accipiatur dignitas cum multis
modis ſumatur·ut not·glo·in·l·cognitionum·§·i·in·℞·ho
dignitatis·ff·de uariis et extra ordi·cogni·et per glo·in
℞·maiores et digniores·que incipit·ſed quas perſonas·
in·c·ſedes apoſtolica·extra·de reſcrip·et glo·in·c·deni/
qꝫ·in prin·iiii·di·et glo in·c·ſtatutum·in prin·in·℞·digni
tate·de reſcrip·li·vi·et per glo·in·c·quia non nulli·extra
de cle·non reſiden·et per Archid·in·c·i·de conſuetu·li·
vi·et per Bar·piene in·l·i·in ſecunda coll·C·de digni·
li·xii·et per dn̄m Ja·de alua·in·c·i·in fi·in ti·quis dicat̄
dux comes marchio·et per Inno·et Jo·an·in nouella·
in·c·de multa·extra·de preben·et ibi per docto·et ꝑ Ol
dra·in conſilio·clxiii·quod incipit·in eccleſia valentina·
ſtatutum tale eſt·et Fran·zabarel·Car·Flo·in cle·gra/
tie·in·ii·q·de reſcrip·et in cle·ut hii qui·§·illi uero·in pn̄
cipio·de eta·et qualita·et in cle·i·de preben·in·i·q·et in
multis aliis prout ex infra dicendis apparebit·Sumitur
enim dignitas quādoqꝫ pro potentia a natura tributa cu
ilibet·quia homo cum ipſe ſit dignior omni creatura ut
·l·iuſtiſſime·ff·de edi·edict·et not·per glo·inſti·de iur·na
tura·gen·et ciui·in·§·fi·et ita accipit in dicta·l·cognitio
num·§·i·et ibi glo·hoc glo·not·in·℞·dignitatis·Quan
doqꝫ dignitas accipitur pro ſingulari poteſtate quia ſecu
lares poteſtates dicuntur dignitates·xxiii·q·v·admini/
ſtratores·et in·l·i·in prin·ff·de offi·queſt·vnde omnis q
preeſt cognitioni uille uel caſtelli dicitur habere dignita
tem·ar·not·extra·de preben·cum olim in nouella·ut no·
Bal·ſecundum Simonem vicentinum in·c·i·in ti·quis
dicatur dux marchio·et ita poteſt accipi hic in quantum
Bartholomeus dicit ſe habere ſub ſe plures milites in
quibus habet poteſtatem et merum Imperium ar·c·ius
militare·i·di·et l·magiſterie et quod ibi not·C·de iuriſ/
dict·om·iudi·et infra dicetur·ibi ultimo uidetur·Quan/
doqꝫ accipitur in larga ſignificatione pro quadam pree/
minentia ut not·Archi·in dicto·c·i·de conſue li·vii·vn
de Oldra·in dicto conſilio·clxiii·dicit ꝙ dignitas ē que
dam preeminentia cum adminiſtratione·et ita poteſt etiā
accipi hic·Quādoqꝫ aſſumitur pro ordine eccleſiaſtico·
qui dicitur dignitas ſiue honor ut·i·q·i·reperiuntur in fi·
Quandoqꝫ pro meliori ſtatu et conditione et fama·ff·ꝺ
uſufruct·l·ſed et ſi quis·§·i·et ibi glo·et eſt tex·in·l·iiii·ff·
de uentre·in poſſ·mitten·et not·glo·in·l·maiorem in·℞·
dignitatis·ff·de pactis·Quandoqꝫ aſſumitur pro ordie
ut·iiii·di·deniqꝫ·Et his tribus modis non capitur hic·
Quandoqꝫ pro publico honore quo ſeruus uti non pōt·
ut·l·fi·C·qui milita·non po·li·xii·Quandoqꝫ aſſumit̄ di
gnitas pro officio quod habet dignitatem annexam·Et
ita loquitur ti·extra·de preben·et dignita·et maxime in
c·de multa·eo·ti·et ita loquitur glo·ff·ad le·iull·ambit·
l·i·que dicit·quedam officia que ibi numerantur eſſe di
gnitates·Quandoqꝫ pro quadam qualitate que facit ꝑ/
ſonam differre a plebeis·Et iſta eſt nobilitas ſecundum
uulgare noſtrum·et iſta conſideretur duobus modis·
Primo prout dignitas conſtat in nomine generis ſui·
nec habet nomē ſpeciale ut eſt decurio·ut·l·ſpurci·in pn̄
cipio·ff·de decurio·et eſſe militem et preſpiterum et ſimi/
les·ut·C·ut nemo priua·l·ne quis·Sunt etiam ſecundo
modo alie dignitates nominate per ſuos gradus ut illu/
ſtres ſuper illuſtres·De his duabus dicit Bart·in dicta
l·i·C·de digni·li·xii·in repetitione·Quādoqꝫ aſſumi po
teſt dignitas pro quodaꝫ gradu dignitatis a Principe
uel a ſuperiore collato·ſicut eſt dignitas comitatus·du/
catus et marchionatus ut loquitur totus titulus·C·de di
gnita·li·xii·Quandoqꝫ quicquid a principe iniungit̄ di
citur dignitas·ut·l·nemo profectus·eo·ti·C·de dignita·
li·xii·Et his quinqꝫ modis ultimis etiā poteſt accipi hic
Et ꝙ pro huiuſmodi dignitate non Bartholomeus Co
lionus Imperatori ſubeſſe probatur ſic·Nam digniori/
bus dignior locus debetur·viii·q·i·iſtud·et·lxiii·di·me/
tropolitano·et eſt caſus et ibi hoc not·per glo in·℞·di/
gniores·in·c·dilecti·extra·de elect·et per glo·in·c·ſtatui
mus·extra·de maio·et obe·et per Inno·in·c·i·eo·tit·et
xii·q·ii·ulterance·et ibi glo·et not per Albri·de roſa·
in·l·nemo·C·de offi·magiſt·officioꝝ·et probatur per tex
tum cum glo·i·℞·ſeſſionibus·in·c·cum olim·extra·de cō
ſuetu·et in·l·atqui originem·in·§·ſi preſes·ibi·et dignita
tis·ff·de mune·et hono·et optime in auten·de conſulibꝰ
in·§·fi·in prin·ultime col·in·℞·dignos·et ibi glo·ubi di
citur ꝙ digni ſunt honorandi·col·iiii·et not·glo·fi·inſti·
de iur·natura·gen·⁊ ciuili·§·fi·que dicit ꝙ digniora ſunt
preponenda·et not·per Albri·de roſa·in·l·inter claras·
C·de ſum·tri·et fide catho·et Philoſophus ii·Retho
ricoꝝ·dignum eſſe dignos principari·unde ille debet in
dubio antecedere qui potitur magiſ honore ac dignitate

ut eſt caſus in l·fi·ibi·bonoris·ff·de fide inſtru· ubi dicit
ꝙ indubio teſtamentũ debet remanere penes illum here/
dem qui amplioris honoꝝ eſt·nõ aũt apud inferiorẽ· Im
perator etiam hoc ꝯprobat in·l·potioris·C·de offi·rec·ꝑ
uin·qui dicit potiores gdus iudicibus ab inferiorib⁹ cõ/
petene reuerentia tribuat·pro hoc eſt tex·in·c·ſtatuimuſ
et ibi per glo·et doct·cẽ·de ma·et obe·ad hoc eſt etiam
pulcherrimus tex·in·l·i·C·de cõſuli·li·xii qui ſic dicit re
petiti enim faſces uirtutẽ ſemper et merita ꝯprobant non
augent qꝛ nihil eſt altius dignitate·facit·l·liceat·C·de a
ſſeſſori·et in·c·unico·in prin·ibi·inſignibus dignitatuꝫ·de
reli·et uene·ſanct·li·vi·ꝛ glo·in Rica·ff·de uer·obli·Itẽ
hoc probatur in·c·dudũ ad audientiã·circa me·ibi·qui a
lios dignitate ꝑcedebãt·de el·c·et in·l·i·§·his cunabuliſ
ibi·ac luce dignitatis ſue·ff·de offi·prefe·preto·et in·l·i·
ibi·quia maior eſt dignitas·et in·l·ſenatoris filias·et·l·e
mancipatũ·et·l·femine·et·l·filiũ·et·l·pe·et fi·ff·de ſenat·
et ꝓbatur in·c·grandi·in prin·de ſup·negli·prel·li·vi·et
ibi hoc no·d·Do·de ſancto Gemini·in prin·ubi dicit ꝑ
illum tex·ꝙ in dandis dignitatibus ſecularib⁹ ponderat
dignitas·et pro hoc glo·in autẽ·de mona·in·§·ordinati
onẽ uero abbatũ·ad fi·in·℣·ſuffragantẽ·que dicit not·ꝙ
dat fauorem auctoritas dignitatꝭ·et uide glo·lxi·di·mira
mur·in·℣·prepoſteꝝ·in fi·que uult ꝙ ille potius eligatur
qui eſt in maiori ordine ꝯſtitutus·per illum tex·allꝭ·etiam
lxxv·di·c·ulti·et pro hoc tex·in·l·i·§·ſi uicinus·ff·de a/
qua arcen·et ibi glo·in·℣·ſeruitutẽ·que dicit ꝙ homo in
ferioris dignitatꝭ maiori perſone debet reuerentiam exhi
bere·ut·l·iii·in prin·ff·de alie·iudi·mu·cã facit et eſt tex·
xc·di·ad hoc ibi·ut dum reuerentiã minoris potioribus
exhiberent·et ibi oĩno uideatur glo·et tex·l·di·quia tua·
poſt prin·ibi·maior precedit honore·ad qđ·l·i·§·ſed et ſi
ſeruus ibi·ut ordinũ dignitas·ff·de uentre inſpi·ꝛ glo·ii·
in·℣·dignitatꝭ·in·l·i·in prin·ff·de poſtu·que dicit ꝙ dig
nitas et auctoritas ſeruanda eſt·facit optime·l·ſup ſtatu·
C·de queſti·hoc Juſtinus·li·xii·ex uerbis magni Alexã
dri ꝯfirmare uidetur cũ deficere inquit Alexandrũ amici
uiderent querunt quẽ Imperij faciat heredeꝫ·Reſpõdit
digniſſimũ·Tanta illi animi magnitudo fuit ut cũ Her/
culem filiũ cum fratreꝫ arideũ cum roxanen uxorẽ pregnã
tem relinqueret oblitus neceſſitudinẽ nuncupauit heredẽ
prius quaſi nefas eſſet uiro forti alium qꝫ uirum fortẽ ſuc
cederet aut tanti regni opes alijs qꝫ probatꝭ relinqui uo/
luit·itaqꝫ Alexander digniſſimũ demandari oportere·ꝑ
quo uidetur elegans tex·et ſing·vij·q·i·ſi ergo tantuſ·ibi
gubernatio ppli·et eadẽ·q·c·in iſtis·et·c·licet· Ultimo
uidentꝭ de hoc caũs ad lrãm in ſimili in au·de digni·§·i·
collꝭ·vi·ubi ſic dicit Impator·Cũ nãqꝫ qui tantoꝝ eſt iu
dex et tantis iubet manere ſub ptãte alterius et inter eoſ
qui ſue ſunt ptãtis ſcribi noſtroꝝ indignũ iudicauimus le
gũ ſimul ꝛ tpum·ut eſt tex·cũ glo·in·℣·ſtipendia hoc cõ
probat·lix·di·ſi officia·ubi dcit tex·et meritũ probitatꝭ ſti
pendia ante acta teſtantꝭ·et glo·dicit ibi no·ꝙ preſumitꝭ
magis pro illo qui plura ſtipendia hꝫ in eccleſia·allꝭat ad
hoc·l·nemo·C·de offi·magi·offi·et·lxi·miramur· Unde
cũ Bartolomeus coli·ſit in dignitate et multos habeat
ſub ſe milites nõ dignuꝫ eſſe uidetꝭ eum ſub aliena ptãte
manere·facit·l·ſic eueniet·ff·de adulte·ut aũt intelligatur
dignitatẽ cunctis in rebus preſerti in Impatoribus deli/
gendis ſemꝑ magnificenciã eſſe nõ nulla ipſius ꝑuilegia
hic ponenda eſſe conſtitui·¶ Priuilegiũ primũ eſt quia
dignioribus dignior locus debetur ut·ſ·prime dixi· Et
locus dignior dicitur a dextriſ qꝛ dignior dꝫ ſedere a de
xtris regis ſm glo·decreti·ut dicit Bal·in·l·decernim⁹
in prin·et ibi glo·in·℣·reſidendis·C·de ſacroſa·eccle·fa
cit ad hoc illud qđ dicitur in euangelio vnũ a dextris et
aliũ a ſiniſtris·et eſt tex·in·c·ſolite·in·℣·hoc aũt ſi prudẽ
ter·ibi·in ſiniſtra parte ſedere·ex·de maio·et obe·Quod
aũt dicatur a dextris uel a ſiniſtris maxĩe qñ inſignia lrẽ
uel figure ceduntꝭ ſiue celantꝭ·et qñ inſignia uel figure in
clipeis coopertuꝛis ueſtibus parietib⁹ uel in loco ad ſimi
litudinẽ celi pingunt et in alijs etiã caſibus habetur plene
per Bar·in ſuo tracta·de inſigniſ et armis·et in tract·de
inſula·xiij·collꝭ·cum ſe·que ulti·et penul·ante primã figu
ram·ubi oĩno eſt uidendũ qꝛ pulchre et ſubtiliter hec exa
minat ꝑſertim cũ in his nõ nunqꝫ erretur·Sicut nũc ve/
neti euidenter errare uidentur in ſigillis quibuſ aurei gro
ſſiqꝫ argentei et bulla plumbea incuduntur· Siue enim
beati Marci ymaginẽ in ſigillis celatã ſiue in aureis gro
ſſiſqꝫ argenteis et in bulla plumbea impreſſam intueri ue/
limus·eã ſemꝑ in ſiniſtra parte reperiemus·Imaginẽ ue
ro Fran·foſcari ducꝭ veneciaꝝ pte altera uidebi⁹ ꝙ ꝯtra
eſſe oporteret·nã ymago impꝛſſa dicitur eſſe in latere dex
tro que nos reſpiciẽdo eſt reſpectu lateris ſiniſtri nr̃i·Si
cuti ſi quis faciẽ ſuaꝫ ad meã cõuertat·latus eius dextrũ
eſt reſpectu mei ſiniſtri ſm Bar·in·d·ſuo tractatu·Idẽ ſi
ymaginẽ nr̃am in ſpeculo inſpiciamuſ·Eadẽ aũt in ſigil
lis celata ab altera parte reperietꝭ·qñ eius terga nõ faciẽ
reſpicimus·Itẽ locus qui eſt prope dñm dicitur dignior
qꝛ ille dicitꝭ locus altior et dignior qui eſt magis ꝑpin
quus dño·ut dicit glo·not·in·§·alia·que incipit·hinc tra
he·inſti·de ho·poſſ·et no·Bal·in·l·obſeruare·§·ante ue
ro·iuꝝ fi·ff·de offi·procon·et leg·ꝛ ideo dantes·xxxij·c·
paradiſi·Adam et btm̃ Petrũ magis felices appellat·
exquo eos beati virgini ꝓpinquos eſſe his uerſibus oſten
dit·Quei due che ſegior la ſu piu felice per eſſere ꝓpin/
quiſſimi ad anguſta·Son deſta roſa qſi due radice colui
che da ſiniſtra le ſa iuſta e el padre ꝑcolui ardito guſto lu
mana ſpecie tẽto amaro guſta Dal dextro uedi quel pa/
dre uetuſto·Di ſancta chieſia a cui xp̃o lechiaue·Racõ
mando di queſto fior uetuſto·Ad qđ adde ꝙ ſedere de
bent hoĩes penes Regẽ ordine ꝯſueto et iſte honor ap/
pellatꝭ priuilegiũ·ita dicit Bal·in·c·i·in prin·in pe·collꝭ
ad fi·ibi·et quo ordine debeant ſedere·in ti·de his q feu·
dar·poſſ·que eſt·i·rubri·feudo·allꝭat glo·in·d·l·decerni/
us·C·de ſacro·ecle·Ille etiã qui ſtat in medio duoꝝ uel
pluriũ dicetur eſſe in loco digniori·et ita apud numidas i
medio ſtare honori ducitꝭ·ut Saluſti⁹ in iugurtino teſtatꝭ
et ita etiã ſeruari uidemus apud nos in ꝯſilijs nuptijs iti/
neribus in ſtando et ſedendo·Et ꝓpterea venecijs inter
ſex ꝯſilianios ſereniſſimus princeps venetus ut dignior in
medio ſemꝑ ſedere cõſueuit·Itẽ ille qui eſt in pͥo loco
uel in principio ſiue in capite dr̃ eſſe in loco digniori·qđ
probatꝭ·quia a dignioribus eſt inchoandũ·ut eſt tex·cum
glo·inſti·de iur·natu·gen·et ci·§·fi·et·ſ·dixi·vnde Vir
gilius in buccolicꝭ·a Joue principiũ muſe et dicetur ibi in
xxv·priuilegio·facit ad hoc illud in capite libri ſcriptum
eſt de me·et ad hoc uidetꝭ tex·in·l·ij·§·ſeruius aũt ſulpi/
cius·ff·de origi·iuꝛ·ubi ſic dicit·Seruius aũt ſulpici⁹ cũ
in cauſis orandis primũ locũ aut pro certo poſt M·Tu
liũ optineret·ꝛ tex·Gregꝭ ad ſecundiũ qꝛ habet·l·di·qꝛ
tua·poſt prin·ibi·a capite itaqꝫ incipienteſ·et probatur in
auten·hoc ãplius·C·de fideicõ·et qđ ibi no·Bal·in ulti·
colꝭ·in prin·ubi dixit per illũ tex·ꝙ ille qui prius noĩatur ꝑ
prius diligitur et magꝭ honoratꝭ·et probatꝭ in·c·ſi quis in
ſto ĩpedimento·in prin·ibi·is qui primo in inſti·de elect·
li·vi·et in·l·ſeruus cõis·ita et qđ ibi not Bar·et doc·ff·
de ſtipu·ſeruo·Et qui ꝑcedit dicitur etiã locũ digniorẽ
tenere·per ea que que ꝓprime dicta ſunt·et per id dicetꝭ
in·viij·priuilegio·In eũdo etenĩ dignior ꝑcedere ſemꝑ

cõſueuit· Preterea ille qui parieti magis eſt ꝓximus di
citur eſſe in loco digniori·ut ꝓbatur in tex·cũ glo· in·ꝟ·
altiori·in·d·§·alia·inſti·de bono poſſ· reprobat̃ in·c·epũs
xcv·di·ubi dicitur ꝙ epũs in eccleſia in ꝯſeſſu preſpiteroꝝ
ſublimior ſedeat·q꞉ locus ille dignior exiſtimat̃·et ita ui
demus ſuari in tribunalibus in quibus ius reddidit ac eti
am nupcie celebrãtur· Poſtremo ille qui parieti magis
eſt ꝓximus dr̃ eſſe in loco digniori·unde ſi plures ſedent
ad mẽſam uel incedũt qui ſunt iux̃ pariete locum dignio
rez tenere dicũtur·q꞉ locus ille ꝯmodior eſt· licet veneti
is de ꝯſuetudine ꝯ̃riuz ſeruetur·ubi qui eſt a latere dextro
ſemꝑ intelligitur p̃cedere· Que quidẽ ꝯſuetudo rationa
bilis eſt·qm̃ ut plurimũ ibi locum ꝯmodiorez quis haber̃
non ꝑõt cum tota vrbs q̃ſi pauimento quodã lateribꝰ co
ctis breuioribus in latus erectis cũ arena ꝯtexto c uoſe
cõſtata ſit·tectaqꝫ domoꝝ parietes nõ excedant e ſtillici
dioꝝ aquã veneti omnes perductũ primo lapideũ ſuꝑ pa/
rietem· deinde per aliũ qui in eius medio ꝯficitur in Ci/
ſternas faciant·vel in ſtratas cõfluere·et dxi ſtratas et nõ
uias·q꞉ ſtrata eſt uia facta lapide manu ſtrato·ut eſt tex·
cũ glo·in·ꝟ·de ſtrata·in·l·i·§·pe·et ibi hoc no· Bar·ff·ꝺ
uia publi·ad qꝺ uide quod not·idem Bar·in·l·abſit·per
illũ tex·C·de priuile·do·auguſt·li·xi· ¶ Secundũ priuile
giũ eſt in electione facienda in q̃ digniores añponi ſolẽt
ut in·c·dudũ ad audientiã ex̃·de elect·ut no·glo·in·c·mi
ramur·lxi·di·cum ſi·ꝰ·allegat̃· ¶ Tertiũ eſt in reueren/
tie exhibitiõe·ut ꝓbatur in·d·l·potioris·C·de offi·recto·
ꝓuin·et in·c·ſtatuimꝰ·et ibi glo·et doc·ex̃·de ma·et ob·
et per glo·in·d·l·i·§·ſi uicinus ff·de aq̃ plu·arcen· cũ ſi·
¶ Quartũ in depoſitione inſtrumentoꝝ et ſic in maiori
depoſitionis fide·ut eſt tex·in·l·fi·in·ꝟ·amplioris honoꝝ
ff·de fi·inſtru·et no·glo·et doct·in·l·procurator·C· de e
den· ¶ Quintũ in teſtificationis fide· Nã ille qui eſt in
dignitate magꝭ creditur·ut·l·ii·ibi·dignites· et in·l·iij·in
prin·ibi·et cuius dignitatꝭ·et in·§·i·ibi·alias dignitas· et
l·iij·in prin·ibi·Ja·butri at Raph·ful·et doct·ff·de teſti·
et eſt tex·in au·de teſti·in·§·ſancimus·in·ꝟ·per dignitatꝭ
et ibi hoc not·glo·in prin·coll·vij·et in·§·ſi uero quidam
ibi·ea aũt que a dignioribus·et ibi hoc not·Ang·eo·ti·
et no·glo·in·ꝟ·pari numero·et ibi doct·in·l·ob carmen·
§·fi·ſi teſtes ff·de teſti·et eſt tex·iiij·q·iiij·in teſtibus·ibi·
alias dignitas· ¶ Sextũ circa iudicia defert̃ dignitati ⁊
perſone·ex̃·de offi·dele·ſane·ij·⁊·c·paſtoral·et·ij·q·viij·
q̃ſquis·et·xxiiij·q·iij·cõtra·et·xlv·di·cũ btũs·et no·glo·
in·c·ſedes apl'ica·in·ꝟ·maiores et digniores·ex̃·de re/
ſcrip· ¶ Septimũ in penis defert̃ dignitati ut eſt caſus
in·c·ij·de offi·dele·li·vi·et ibi per glo·et doct·et in·c·fi·
et ibi glo·pe·ex̃·de tranſact·et no·glo·in cle·ij·multorũ·
in·ꝟ·inferiores·de penitẽ·et glo in·d·c·ſane·ij· de offi·
dele·qꝺ eſt intelligendũ in pena corꝑali·q꞉ mitius puniũ
tur illi qui ſunt in dignitate q̃ꝫ alij·ut·l·milites·in prin·et
l·diuo marco·C·de queſti· Secus quo ad penã pecunia
riã·ut eſt tex·cũ glo·de utroqꝫ in·c·cũ quidaz·ex̃·de iure
iurã·et eſt tex·in·l·q̃dam·ff·de peniſ·et in·l·ij·ff·de re mi
li·que due legeſ loquũtur de militibꝰ·facit·l·aut facta·§·
ꝑſone·ff·de penis·et per Alb·de roſa·in·l·p̃ſpiteri·C·de
epiſ·et cle·ubi plene facit qꝺ dixi in p̃uilegio nobilitatis
¶ Octauũ in prepoſitiõe·q꞉ is qui eſt maioris dignitatiſ
debet p̃poni·ut no·glo·in·c·ſedes apl'ica·in·ꝟ·mitiores
et uiliores·ex̃·de reſcrip·ad qꝺ uide·ĩ·in·xxv· priuilegio
cum ſe· ¶ Nonũ in inq̃ſitionibus ſiue torturꝭ·q꞉ regulari
ter in dignitate poſiti nõ torquẽtur·ut eſt cãus in·d·l·mi
lites·et in·d·l·diuo marco·C·de queſti·et no· Odofre·
in ſuo tracta·de qõibuſ·in·i·q· ¶ Decimũ in utilitate·q꞉
ubi eſt dignitas ibi utilitas·unde dignitas dꝫ prodeſſe nõ
obeſſe·ita dicit glo·in·l·ſi longiꝰ·§·ſi filius·per illũ tex·ff·
de iudi·et per doc·⁊ no·Sali·in·l·ad inuidiã·C·qꝺ me·
cau·ad hoc uide etiã in·xxij·priuilegio· ¶ Undecimũ in
electionis p̃latione·unde ſi duo ſunt electi et hẽant pares
uoces ſi unus ex parte ſua hꝫ priorẽ et ſacriſtã et ſimiles q
ſunt in dignitate p̃fertur ei qui hꝫ alios canonicos ſimpli
ces nõ habẽtes dignitatẽ·ita dicit Bar·per tex·et glo·
ibi·in·l·ij·ff·de teſti·qui dicit ꝙ ita dicũt et tenẽt canoni
ſte· ¶ Duodecimũ in p̃ſumptiõe·nã ex eo ꝙ aliq̃s eſt in
dignitate pro eo preſumit̃ ut eſt glo in·c·ſtatutũ·in prin·
in·ꝟ·canonicꝭ·circa fi·que all'at ad hoc iura de reſcript·
li·vi·et ꝓbatur in·c·cũ in iuuẽtute·et ibi h̃ not·d· Pro/
docimus in·ij·nõbili·ex̃·de preſum· ¶ Tertiũdecimũ in
liberatione patrie ꝑtãtis·nã dignitas qñqꝫ liberat in non
nullis caſibꝰ filiũ a patria ꝑtãte·ut eſt tex·⁊ ibi glo·in·ꝟ·
nõ liberat·inſti·quib·mo·ius pa·po·ſol·in·§·filiusfa· et eſt
tex·cũ glo·in autꝭ·cõſtitutio q̃ de dignitatibꝰ·§·i·ibi·nec
nõ·et ibi·generaliter aũt·coll·vi· ¶ Quartũdecimũ in li
beratione a curia ut eſt tex·in autꝭ·ut ordi·prefect·coll·v·
et in·d·autẽ·cõſti·que ꝺ digni·§·i·coll·vi·et no·in·d·c·fi
liusfamil·inſti·qui mo·ius pa po·ſol· ¶ Quintũdecimũ
in coactionibus inferẽdis dignitati ſepenumero eſt parcẽ
dũ·ut eſt tex·et ibi no·in·c·paſtoralis·in prin·ex̃· de offi·
dele·et not·Hoſti·in·c·fi·in·ꝟ·nobilitati·ex̃· de penis·
¶ Sextũdecimũ ſenatores et alij in dignitate poſite ex
cuſant̃ a muneribus uilibꝰ·l·iij·ſenatoꝝ·C· de dignitꝭ·li·
xij·ut not·Jo·de platea in·l·ſe·que incipit·nemo·in p̃n·
ubi dicit ꝙ hoc nõ procedit ſi talia munera ĩponantur a
pricipe q꞉ tunc nõ dicerẽtur uilia ſed dignitatẽ et nobili
tatẽ ꝯtinerent·q꞉ ex ꝑſona ꝯferentis res parua et uilis re
putat̃ magna et nobilis·per·d·l·nemo·qꝺ eſt not·ꝓ qua
facit·l·i·C·de man·princi·cõiuncta·l·uniuerſis· et qꝺ ibi
not·C·de decurio·li·x·et qꝺ not·Ludo·ro·in·v·lxxxiij·
ſingulari in ordine meo qꝺ incipit·cocũ eſſe·ubi dicit ꝙ e
ſſe cocũ principis uel pape eſt dignitaſ·all'at Bal·hoc te
nentẽ in·c·i·in ti·quis dicat̃ dux marchio co·ſed in meo
li·Bal·nihil de hoc dr̃· His tñ adde que dixi in·xxxvi·
priuilegio nobilitatꝭ· ¶ Decimũſeptimũ in loquẽdo et in
uoti depoſitione·nã ille dꝫ prius uotũ deponere qui dig/
nior eſt·vñ in eccl'iaſtico legit̃· Loquere maior natu·te
eniꝫ decet primũ locũ·ita dicit Bal·in·c·i·circa prin·in
ti·de cõtrouer·feu·apud pares termi·facit qꝺ dixi ſuꝑ·in
xxvi·priuilegio ſenectutꝭ· ¶ Decimũoctauũ in ſubeundis
patrie muneribꝰ·nã digniſſimiſ ꝯferũtur·ut eſt tex·in·l·ad
ſubeũda·in·ꝟ·digniſſimis ꝯferuntur·C·de decuri·li·x·et
ibi uide circa hoc Jo·de pla· ¶ Decimũnonũ in releua
tione ſatiſdationis·q꞉ propter dignitatez quis releuat̃ a
ſatiſdatione·ut·l·pe·C·de digni·li·xij et no·glo·in au·de
teſti·in·§·ſancimꝰ·et in·ꝟ·per dignitatꝭ·coll·vij· ¶ Vi
geſimũ ꝓpter dignitatẽ maior adminiſtratio ꝯmiſſa uide
tur·vñ ſi filio ſenatoris uel cuiuſlibet alterius dignitatꝭ cõ
cedit̃ libera peculij admĩſtratio uidetur ꝯceſſa etiã donan
di ꝑtãs·niſi ſpãliter fuit adempta q̃ ab alijs in dignitate ñ
ꝯſtitutꝭ cõcedi nõ preſumit̃ ut eſt tex·in·§·filiusfa· in prin·
ff·de dona· ¶ Uigeſimũprimũ in remittẽda quota parte
debiti digniores creditores p̃feruntur his q̃ remittere no
lunt·ut in pari numero creditoꝝ opi·coꝝ ſequi debet pre
tor ſiue iudex qui dignitate inter eos p̃cellunt·cãus eſt in
l·maiorẽ·ff·de pactis·et ibi per glo·et doc· ¶ Uigeſimũ
ſecundũ in augẽdo legatũ·nã dignitas legatarij id ope/
rat̃ ad augendũ legatũ·ut eſt tex·cũ glo·in·ꝟ·reliquit·in
l·ſed et ſi ſuſceperit·§·i·ff·de iudi·et ꝓbatur in·l·ſi ſeruus
pluriũ·§·i·ibi· et legatarij dignites·et ibi glo·et doct·ff·
dele·i·⁊ eſt glo·in·l·meuia·§·fi·ff·de annuis leg·et ẽ tex·
cũ glo·fi·in·l·ticia·§·fi·et in·l·meuia·§·fi·ff·de annu·leg·

et eſt tex·cum glo·fi·in·l·ticia §·fi·ff· de aur·et argē·le·
cuz ſi·ad hoc uide qȯ dixi in·x·priuilegio·¶ Vigeſimū
tertiū digniores debent melius ali et ueſtiri q̄ꝫ alij· ut eſt
tex·in·l·quotiēs·§·i·℣·ſufficiēter·ff·de uſufru·et ibi uide
atur oīno Floria·et uide·l·plenū·§·i·preter·ff·de uſu·et
hab·ubi dicitur aliq̄n eniꝫ largius cū uſurario agendū eſt
ꝓpter dignitatē eius cuius relictus eſt uſus pro hoc·l·cū
plures·§·in primis·et·l·tutor ſm dignitatē·in prin·ff· de
admi·tuto·cui adde qȯ dixi in·xvij·priui·nobilit·et uide
oīo quod no·Spe·in ti·de aduoca·§ ſequitur uidere de
ueſtibus·in prin·et·xxi·q·iiij·c·i·in fi·¶ Vigeſimūquartū
dignitas teſtatoꝝ facit ꝙ appellatione liberoꝝ in ſubſtitu
tione nō ꝯprehendātur filij naturales·ut eſt caſus et ibi e
tiaꝫ glo·in·l·ex facto·§·ſi quis rogatus·i·ff·ad trebel·licꝫ
alias cōprehenderētur ut ibi·et in·l·cū pater·§·uolo·ff·de
le·ij·et no·Jo·an·in addi·Spe·in ti· de teſta·§·i·in ad
di·que incipit·ꝙ de precedēti·℣·ſed alia queſtio fuit· ad
qȯ uide quod dixi in·xxi priuilegio nobilitatis·et qȯ dixi
ſupra in vigeſimoprio ꝑuilegio·ꝛ qȯ dixi in·xxx·opin·de
nobilit·¶ Vigeſimūquintū q꞉ a dignioribus eſt inchoā
dum·ut eſt tex·cū glo·fi·inſti·de iur·natu·gen·et ciui·§·
fi·et eſt glo·in Rica·C·de ſnijs prefect·preto·vnde Vir
gilius in buccoliq·a Joue principiū muſe·ꝛ no·glo·in·c·
ſedes ap̄lica·in·℣·minores et uiliores·ex·de reſcrip· ad
qȯ uide quod dixi in·ix·priui·et ſe·¶ Vigeſimūſextū q̄n
aliquid pōt aſſumere nomē a pluribus indubio debet aſſu
mere a digniori ut eſt glo·i·in·l·i·in prin·ff· de uer·obli·
et indubio ita eſt preſumendū ꝙ aſſumat·ut not·glo·i·in
ſti·de act·§·ſed iſte·facit ad hoc qȯ not· Bal in·l·fi·in
℣·pe·C·de ſer·fugi·et·l· queritur hermofroditus·cum ibi
not·ff·de ſtatu·ho·uide etiā in precedenti·pro hoc facit
optie qȯ not·Bar·in ſuo tracta·de inſignis et armis·in
v·coll·in fi·℣ ſed dubitant ubi dicit q̄ꝫ animalia debent
deſignari et depingi in nobiliori actu eoꝝ in quo magis
ſuū uigoreꝫ oſtendunt per·d·l· queritur·¶ Vigeſimūſep
timū q꞉ homines in dignitate poſiti dicūtur magnates·ut
not·Bal·in·l·i·in fi·C·de natu·liber·per tex·in·℣ mag/
natibus·in autē·ſed nouo iure·que eſt poſita ſuper·d·l·i·
einſdē ti·quaꝫ auten·aliqui ibi habent·ut dicit glo·fi·ſed
eaꝫ nō habeo in li·meo·et in paucis li·reperit·¶ Vige
ſimūoctauū q꞉ maiores dicūtur illi qui ſunt in dignitate·
ut eſt tex·cū glo·in·℣ maiores natu·ij·di·lex eſt·¶ Vi
geſimūnonū in accuſatione inſtituenda·nam ſi plures ex/
iſtant qui eundē in publicis iudicijs accuſare uelint debꝫ
indubio dignior admitti ut eſt tex·in·l·ſi plures uel ex di
gnitate·ff·de accu·¶ Trigeſimū in legatione digniores
potius eliguntur·vnde Saluſtius in iugurtino·legātur in
affrica maiores natu hoīes nobiles amplis honoribꝰ uſi
hoc etiꝫ dictū eſt in·xlij·etatis·et in·xxxvi·nobilitatis pri
uilegio·Multa quoqꝫ alia priuilegia dignitatū ꝯperiri po
ſſent p̄ſertim cū multis mōis dignitas ſumatur·ut dixi·s̄·
in prin·veꝝ quia potius eſſet laboroſuꝫ q̄ꝫ ſubtile oīa ea
hic ſingulariter exprimere·ideo his uti p̄ſtantioribus cō/
tentus exiſtam·

Diuicijs et facultatibus ſe habundare dicit
Bartholomeus coli·ex quibus ipm̄ Impa
re potius gentili q̄ꝫ obedire dignū uidetur·
nam q̄ꝫto quis plus habūdat in bonis·tāto
debet melius principari·q꞉ diuites poſſunt magis ſubſti/
nere ſuos milites ne ad alios ſe transferant·videmus ete/
nim ſepenumero dū ſtipendia militibus debita nō ſoluū/
tur ipſos ad hoſtes ꝯfugere·vel quos defendere ac tueri
tenerētur de populari ut dicit tex·xxiij·q·i·militare·et iō
dixit Caliſtratus iuriſcōſultus in·l·honor·§·de honoribꝰ
ff·de mune·et ho·cū de honoribus ſiue muneribus geren
dis querit·facultates quoqꝫ an ſufficere oneri iniuncto
poſſint cōſiderandū eſt·pro hoc·l·paupertas·et quod ibi
not·per glo·ff·de excu·tuto·et·l·ſcire oportet·§·cū de re
liquis·ff·de tuto·et cura·dat ab his·et eſt tex·coniuncta
glo·ibi·uel pōt dici in·l·ad ſubeunda·C·de decurio·li·x·
et not·glo·in Rica·C·quēad·ciui·mu·indi·ibi·quinto fa
cultates·et ibi·facultas·et ſit ſufficiens·li·x·et dicā in pri
mo priuilegio·¶ Secūdo hoc ꝓbatur ſic in diſtribuen/
do principatū ad id reſpicere oportet ꝓpter qȯ multa ex
pediūtur·ſed per pecūias multa in re militari explicari po
ſſunt·Nam ut dicit ph̄us·per diuicias et amicos multa
expediuntur·et ꝓpterea dixit idem ph̄us·ij· politicoꝝ·im
poſſibile eſt egentē bene ꝑncipari et uacare negocijs cōi
bus·¶ Tertio in diſtributione principatuū oportet reſpi
cere ad id ꝓpter quod oīa haberi poſſunt·ſed hoc eſt ꝓ/
pter diuicias·nā dicit ph̄us·ij·rethoꝝ·diuicie uidētur qua
ſi quoddā preciū dignitatis alioꝝ ꝓpter quas uidētur oīa
eſſe appreciabilia ipſaꝝ precio·ergo·¶ Quarto in cōfe/
rendo principatū ſiue Imperiū ad illud reſpicere neceſſe
eſt ꝓpter quod ipſum Imperiū ſine milicia defenſari et i
ſummū redigi poſſit·quod ptꝫ·q꞉ ad tuitionē Imperij re
quiritur defenſio cōtra hoſtes·ut ꝓbatur in toto ti·ff·de
re mili·et·C·e·ti·li·xij·ſed hoc fit maxie per diuicias q꞉
diuites ſunt magis potētes·ut dicet in·iij·priuilegio·naꝫ
auꝝ et argentū ut inquit Temiſtodes nerui ſunt ciuitat·
ergo·¶ Quinto hoc cōfirmat·naꝫ diuites ſunt alijs fi/
deliores·vn̄ Juuenal·Quantū quiſqꝫ ſua numeꝝ ſeruat
marcha·Tantū hꝫ fidei et magis obſeruant pacta q̄ꝫ pau
peres·q꞉ ph̄us dicit·ꝙ pauperes et miſeri cito fluxibiles
ſunt·et ꝓbatur in·l·iij·in prin·ibi·locuples uel legenus·ff·
de teſti·cum ſi·et ꝓpterea ſcribitur per Saluſtiū in catil/
niario·Semꝑ in ciuitate quibus opes nulle ſunt bonis in
uident malos extollunt·uetera oderūt noua exoptāt et o
dia ſuaꝝ rerū omnia mutari ſtudent· ergo diuites potius
ſunt p̄ponendi·Nā ad bonū totius Imperij et guberna
tionis multū cōfert fidelitas·ut·l·di·fidelior·et dicam·i·
plene pro Impatore·¶ Sexto ad idē hoc ꝓbatur· naꝫ
diuiti magis indubio creditur q̄ꝫ pauperi· ut eſt tex·cum
glo·in·℣·aut diuiciaꝝ·in aut·de teſti·in·§·ſancimus·col
vij·et ꝓbatur in·l·ſpadonē·§·fi·ff·de excu·tu·ad qȯ op/
time facit qȯ no Spe·in ti·de teſti·§ i·circa prin·ibi·q̄r
to fallit·Et iō facilius corrūpitur pauper q̄ꝫ diues·ut no·
glo·in·d·l·iij in prin·in·℣·admittit·in prin·ff·de teſti·et
in·d·§·ſancimus·per dicta iura de quo uide qȯ dicam in
xvij·priui·et per Jo·de pla·in·l·ne quis·C· de dignita·
li·xij·qui dicit·debent eni diuites ꝯtra quos nō eſt turpis
ſuſpicio lucri·et ꝙ poſſint debitū honorē dignitati impen
dere eligi ad honores et dignitates·ut·l· ad ſubeunda·
C·de decurio·li·x·niſi in ſubſidiū q꞉ tunc etiaꝫ alij ad di/
gnitates admittūtur·ut·l·generaliter·§·ſpureos· et·l ſpu
rei·ff·de decurio·de quo etiā uideatur idem Jo·de pla·
in·d l·ad ſubeunda·¶ Septimo diuites paupibus ſunt
ceteris paribus digniores·ut ꝓbatur in·d·l·iij in prin ff·
de teſti·cum ſi·et dixi ponēdo ulti meaꝫ opi· de nobilita
te·ergo potius ſunt p̄ferendi per ea q̄ dixi·s̄·de dignit·
¶ Octauo ſi diuicie ſunt cōiuncte cum ℣tute reddūt ho
minē magis beatū ſm ueram perypatheticoꝝ ſniam de
ſūmo bono·q꞉ magis uirtutē opari poterūt ergo tāq̄ꝫ ma
gis apti ad opandam ℣tuteꝫ ſunt eligendi potius q̄ꝫ pau
peres·¶ Nono ditiores cōiter apud alios ſunt in maio
ri precio et eſtimatione q̄ꝫ pauperes·ut de ſe patet·ꝛ pro
pterea nobilitati maximo adiumēto eſſe apud uulgus ex
iſtimātur·ut dixi in diffinitionibus nobilitatis·et ꝓbatur ꝑ
hos uerſos·Ouidij de faſtis·In precio preciū nunc eſt·
Dat cenſus honores·cenſus amicicias·paup ubiqꝫ iacet

facit qđ dicaȝ in·ii·priuilegio·Si ſic eſt ergo ipſi diuites
tanq̄ȝ maioris auctoritatiſ ſunt eligendi preſertim cũ aucto
ritas in re militari plurimũ ualeat ut dicetur·ĩ de Impa
toris auctoritate·¶ Decimo diuites magis timentur q̄ȝ
paupes tanq̄ȝ magis potẽtes ut ꝓbatur in autẽ·ut omẽs
obediant iudicibus ꝓuinciaꝝ·§·ſi uero neqȝ·ibi·potentiã
diuiciaꝝ·cõiuncto·ꝟ·ſe ibi·nec latet nos·coll'·vi·et no·
Inno·in·c·ſedes ap̄lica·circa prin·ex̄·de reſcrip·ergo ip
ſis potius impium eſt demãdanduȝ·qꝛ ſubditi debent pn
cipi et Impatori obedire·ſm Albertũ·i·et Io·brida·iii·
politicoꝝ·q·viii·qui dicunt ꝙ multũ expedit ut princeps
ſit robuſtus qꝛ propter hoc ſubditi magis obediũt et ti/
ment·Et ideo dixit phus·v·politicoꝝ·oportet principa/
tui nõ ſolum uirtutẽ ſed etiã potentiaȝ exiſtere male eniȝ
gubernat Impium cũ ſubditi minus reuerẽtes nõ obedi
unt·Naȝ ſumma milicie laus eſt obediẽtia·et quicquid ſi
bi utiliter imperatũ eſt obtẽperare·ut eſt tex·xxiij·q·i·c·
ſumma milicie laus·¶ Undedecio ille qui magis diligi
tur a militibus eſt Impator eligẽdus·ut de ſe pȝ·qꝛ tũc
maiorẽ habebit obedientiã·facit qđ dicaȝ de auctoritate
Impatoris circa fi·Sed ille qui eſt ditior põt facilius ſe
diligi facere q̄ȝ paup quia põt bene merẽtibus premia tri
buere ac liberalitatẽ exercere per quã beniuolentia et a/
mor acquirit quod nõ põt facere pauper·nam ut dicitur
iiij·ethic·Impotẽtia facit hoĩes illiberales·et ideo ethic·
viij·dixit·beneficiatus curialiter diligit ſuũ benefactorem
facit ad hoc qđ dixi·ſ̄·de nobilitaꝭ·in fi·ante eius priuile/
gia·¶ Duodecio pro iſta ſnia·ſ·ꝙ ceteris paribus indu
bio potius diuites ſiue ditiores in Impatores eligi de/
beant·allego glo·ordi·Bernardi in·c·cõſtitutꝭ·in·ꝟ·im
potentia·ex̄·de appel·et ibi per doct·et per Albri·de ro·
in·l·ſi quis ad declinandũ·in fi·C·de epiſ·et cle·facit op
time tex·in·c·grandi·circa prin·in ulti·col'·et ibi glo·de
ſup·negli·prela·li·vi·de quo etiã uideatur plene per Io·
dridani·iij·politicoꝝ·q·vij·et·xviij·Sed ut hec opi·ma/
gis cõfirmetur ſubijcio diuiciaꝝ ſiue diuitũ priuilegia·de
quibus per Archi·xxx·di·hec aũt ſcripſimus·et per eun/
dẽ Albri·in·d·l·ſi quis ad declinandũ·uerſus fi·ꝟ·ſi·ſed
quomõ de pauptate diximus dicamus etiã de priuilegijs
diuiciaꝝ·¶ Primũ priuilegiũ eſt in honoribus·ut·l·ho
nor·§·de honoribus·ff·de mune·et ho·et·ff·de tuto·ꝛ cu
ra·datꝭ ab his·l·ſcire oportet·§·cũ de reliquis·et dixi·ſ̄·
in pria ratione·¶ Secundũ qꝛ propter diuicias homies
nobiliores dicũtur·ut not·Inno·in·c·ſedes ap̄lica·ex̄·de
reſcrip·Et ideo dic̄ phuſ·iiij·politicoꝝ·ꝙ magis aſſeqtur
diſciplia nobilitaſ opulẽtioreſ·ad ꝙ uide qđ dixi in·ix·ra
tione·¶ Tertiũ qꝛ magna eſt potentia diuiciaꝝ·unde ꝓ
pter diuicias hoĩes potentes dicunt·ut eſt tex·in auten·
ut oẽs obediant iudicibus prouinciaꝝ·§·ſi uero neqȝ·Et
not·Inn·in·d·c·ſedes ap̄lica·circa prin·et dixi·ſ̄·in·x·
ratione et probant·xciij·di·legimus·poſt mediũ·ibi·potẽ
tia diuiciaꝝ·facit optie tex·in·c·grandi circa prin·in·ꝟ·
potentia·et ibi glo·de ſup·negli·prela·li·vi·¶ Quartuȝ
qꝛ proſunt in pena corpali euitanda in caſibus·ff·de iuriſ
dict·om·iudi·l·ſi quis id quod·§·ii·et·C·de ſer·fugi·l·q
cunqȝ·vnde dicit Bar·in·l·capitaliũ·§·ſerui ceſi·ff·de pe
nis·ꝙ populares diuites et honeſtiores ex cõſuetudine
nõ ſuſpendũtur nec patiũtur has penas uiles·Sicuti nec
nobiles ut dixi in q̄rto priule·nobilitatꝭ·¶ Quintũ quia
proſunt in ſatiſdatiõe preſtanda ad quã nõ tenentur quã
doqȝ·ut·C·de cura·furio·l·fi·C·de epiſ·audi·l·de creatõ
nibus·et ibi glo·et·ff·qui ſatis dar·co·l·ſi fideiuſſor·§·fi·
pro hoc glo·pe·in·l·mulier C·de iur·dot·et qđ not·bar·
in·l·quicũqȝ·C·de fun·patrimo·li·xi·¶ Sextũ qꝛ ꝓſunt
in adoptionibus·Nam ſi quis eſſet diues ꝑmittitur ei a/

liquem nõ nunq̄ȝ adoptare·qꝛ ſi eſſet pauper nõ poſſet·ut
eſt tex·in·l·nec ei·§·eoꝝ ibi·et primũ quideȝ·ff·de adop·
¶ Septimũ ad ſuſpitionẽ tutoris remouendã diuicie ꝓ
ſunt·et ſic ne tutor ſuſpectus habeatur·ut inſti·de ſuſpec·
tuto·§·fi·et·d·l·ſcire oportet·§·cũ de reliquis·ff·de tutꝭ·
et cura·datꝭ ab his·facit ꝙ ſtatim dicaȝ·¶ Octauũ quia
proſunt ne debitor hẽatur ſuſpectus·ff·de priui·credi·l·ſi
creditores·cum ſi·¶ Nonũ qꝛ proſunt in dote nõ exi/
genda cõſtante matrimonio·ubi alias exigeretur ſi mari
tus uergeret ad inopiam·ut·l·ubi ad hoc·C·de iur·do·
et ibi per Cy·et doct·ꝛ in·l·ſi cõſtante·in prin·et ibi bar·
et doct·ff·ſo·matri·¶ Decimũ quia proſunt in uoto re
dimendo·ut ex̄·de uoto·c·qđ ſuper his et·c·ex multa·
¶ Undecimũ qꝛ donare uolenti faciũt ne preſumatur ſi
monia·ex̄·de ſimo·c·et ſi queſtiones·¶ Duodecimũ qꝛ
proſunt pupillo ut donare poſſit in certis caſibus·ut·ff·d
admi·tuto·l·cũ plures·¶ Tertiũdecimuȝ·qꝛ proſunt pu
pillo in alimentis ſibi decernendis·ff·ubi pup·edu·debe/
at·l·ij·et·iij·¶ Quartũdecimũ quia ꝓſunt in maiori do
te·in·l·iij·ſi cum·ea·C·de dotꝭ·promiſſ·¶ Quintũdeci/
mũ quia ꝓſunt in legato alimentoꝝ ubi nõ ſunt determi/
nata·ut·l·pe·in prin·ff·de alimẽ·et ci·leg·Et idẽ in quo
cunqȝ alio legato indeterminate relicto·ut·l·cum quidã·
ff·de leg·ij·nõ eniȝ coguntur diuites paupeꝝ cibis ueſci·
ut ſcribit btũs Auguſt·in·li·de uerbis dñi·et habet·xli·
di·nõ cogant·facit etiam ex̄·de preben·de multa·in fi·et
not·Spe·in ti·de lega·§·supereſt uidere·ꝟ·illud quoqȝ
nõ eſt omittendũ·circa fi·ad qđ adde qđ dixi·ſ̄·in·xxii·
ꝓuilegio nobilitatꝭ·Et uenialiter peccat qui pauperibꝰ ni
mis delicata et ſumptuoſa cibaria miniſtrat·ut·xxv·di·§·
criminis ad fi·et ꝓbatur in·d·c·nõ cogãtur·ibi·dent pau
peribus uilia·et not·Spe·in·d·ꝟ·illud quoqȝ·¶ Sex/
tũdecimũ qꝛ proſunt in tranſactione alimentoꝝ·ut·ff·de
tranſact·l·cum hij·§·in perſona·ad quod facit que dicta
ſunt in p̄cedenti·¶ Septimũdecimũ quia ꝓſunt in teſti
monio reddẽdo·nã magꝭ creditur diuiti q̄ȝ paupi·ut·l·
iij·in prin·ff·de teſti·et dixi·ſ̄·in·iii·ratione·facit qđ dicã
in ſequenti·quod intelligo qñ diuicie ſunt iuſte acquiſite
Secus ſi iniuſte et per uſurariaȝ ꝓuitatem qꝛ tunc minus
crederet diuiti q̄ȝ pauperi qꝛ tunc eſt preſumptio contra
diuitẽ·quod per pecuniã corrũperetur qui ꝓpter diuicias
tradidit ſe diabolo·ita dicit Cy·ſm Ja·de rauẽ ꝛ Pe·
in·d·l·ſi quis ad declinandã·C·de epiſ·et cle·et ibi hoc
etiã ſequitur Albri·de roſa·in pe·col'·ad fi·ꝙ bene non
eſt·de quo etiã per Ja·butri·et Raph·ful·in·l·iij·in p̄n·
ff·de teſti·ꝛ uide Cy·in·l·in bone fidei·in·vij·q·C·de re·
creditꝭ·et iureiurꝭ·Et hec priuilegia in effectu licet nõ ita
plene ponũtur per archi·in·d·c·hec aũt ſcripſimus·xxx·
di·et Albri·de roſa·in·d·l·ſi quis ad declinandã·in ult·
coll'·C·de epiſ·et reli·Tu uero addas etiã alia priuilegia
ſequendo ordinẽ predictũ·¶ Decimũoctauũ priuilegiuȝ
diuitũ eſt·qꝛ oẽs preſumũtur eſſe alijs fideliores·ar·l·iij·
in prin·ff·de teſti·cum ſi·et dixi·ſ̄·in quinta ratione·facit
quod dixi in precedenti priuilegio·¶ Decimũnonũ qꝛ
proſunt in dignitate·nam diuites pauperibꝰ ſunt dignio/
res·ut dixi in·vij·ratione·et probat in·c·fi·ibi·honore uł
facultatibus digniorẽ·ex̄·de cõdi·appo·¶ Uigeſimũ qꝛ
proſunt in reddendo hoĩem magꝭ beatũ et in cõſequẽdo
facilius ſummũ bonũ ut dixi in·vii·ratione·¶ Uigeſimũ
primũ quia ſunt in maiori precio et eſtimatiõe diuites q̄ȝ
pauperes maxie apud uulgus·de quo dicendũ ut dixi·ſ̄·
in·ix·ratione·¶ Uigeſimũſecundũ qꝛ magis tenẽtur di
uites q̄ȝ pauperes ut plene dixi in·x·ratione·¶ Uigeſi/
mũtertiũ quia magis diligi ſe facere poſſunt·ut dixi in·xi·
ratiõe·¶ Uigeſimũquartũ quia proſunt ad nobilitatem

diuicie magis q̄ʒ paupertas·ut dixi in·ix·ratione·¶ Ui
geſimū quintū qꝛ proſunt ad oīa ꝯſequēda·ut dixi ·in·iij·
ratione·¶ Uigeſimūſextū quia proſunt ad multa expe/
dienda ut in·ii·ratione dixi· ¶ Uigeſimūſeptimū quia
ꝓſunt ad defenſandū imperiū·ut dixi in quarta ratione·
¶ Uigeſimūoctauū in obligatione diſſoluenda ꝓſunt di
uicie·ut·l·cōtinuus·§·illud·ff·de uer·obli·et·l· incendiuʒ
C·ſi cer·pe·cum ſi·¶ Uigeſimūnonū quia proſunt in ſe
queſtratione uitanda·ut·l·ſi fideiuſſor·§·fi·ff·qui ſatiſda·
cogun·cum ſi·¶ Trigeſimū in accuſatione inſtituenda·
ad q̄ā pauper nō admittitur ut·l·nō nulli·ff· de accuſa·
cum ſi·¶ Trigeſimūprimū quia in oībus caſibus in qui/
bus pauptas nocet diuicie ꝓſunt·de quibus uide multoſ
per Albr·de roſa·in·d·l·ſi quis ad declinandā·in pe·coll'
C·de epiſ·et cle·et per Archi·xi·q·iij·pauper iur̄ ſi·facit
qd̄ dixi in ulti·priuilegio nobilitatꝭ·Multa aūt priuilegia
pauptatis uide per eundē in·d·c·pauper·Et per Cy·et
Albri·et alios in·d·l·ſi quis ad declinandā·ꝛ per glo·in
℣ paupes·in·c·ſtatutū·§·inſuper·in fi·de reſcript·li·vi·et
ibi per doct·et uide bonā in au·de eccle·titu·§·ſi quis au
tē unuʒ·in·℣·pauperiorē·coll'·ix·et inſti· qui·ex cau ma/
nu·nō li·in prin·in ℣·egenteſ·et in·§·ſed nr̄a·in·℣·nullū
locum·inſti·de ſucceſ·lib·

Cientia quoqʒ rei militarꝭ dicit' per Bar/
tholomeū Col·ip̄m nō eſſe ſubijciendū Im
peratori cū ea ſcia preualeat que in Impa/
tore requiriꝭ·ar·tex·xxiiij·di·qn̄ ep̄us·mari
me ibi·ſi ſint litterati·et in ꝓhe·inſtitu·§·cunqʒ hoc deo·
in·℣·ꝛ legū ſcia·et ibi gl·et·C de nouo codicꝭ·cōfir·§·et
electis iuris·ibi·tam doctrina legū·facit·l·i·bis cunabulis
ibi pro ſapientia·ff·de offi·prefect·pre·et in·l·i·in·℣·pru/
dens·C·de conditꝭ·is orreis publi·li·x·et probat' in·l·a/
gentes·in fi·C·de agāti·in re·li·xij·ibi·quā ſciam periciā
q̄ʒ reꝝ babitaʒ·et in·l·i·C·de caſtrenſio·palati·peculio·e·
li·ibi·eruditis ſtudijs·ubi loquitur de militibus· et ꝓbat'
in·l·i·ibi·et peritia artis·ff·de decre·ab ordi·faci·et not·
Jo·de platea in·d·l·i·C·de condi·in orre·publi·li·x·qui
dicitur per illaʒ·l·qd̄ in electione officialiū ꝯſideranda eſt
artis pericia·Et ita etiā tenet·M·T·Cicero in ſua eli/
ganti oratione pro Pōpeio·ubi dicit ꝙ in p̄mis in Im
peratore deligendo ſcia rei militaris requiritur·Idē uult
Uegecius de re militari in ꝓhe·qui ſic ait·nullus eſt quē
oporteat uel plura uel meliora ſcire q̄ʒ principē cuius do
ctrina dʒ omibus prodeſſe ſubiectis·et iſtud eſt uериſſimuʒ
qꝛ turpe eſt uiro ignorare ius ſiue ſciam in qua uerſat' ·ut
l·ii·§·ſeruus aūt ſulpitius·ff de on·iurꝭ·vnde dicit idē ve
gecius in·i·c·primi li·Scia rei bellice dimicandi nutrit
audaciā·nemo facere metuit ꝙ ſe bene didiciſſe cōfidit
etenim in certamine belloꝝ exercitata paucitas ad uicto
riā promptior eſt rudis et indocta multitudo expoſita ſem
per ad cedem·Ideoqʒ·iij·capitulo ſecundi li·ſcribit·Cato
nem illū maioreʒ cum et armis inuictus eſſet·Conſul cre
atus ſepe dixiſſe plus reipub·credidit profuturū ſi diſcipli
nā militareʒ cōferret in litteris·In·iiij·etiam·c·eiuſdē li·di
citur·neceſſe eſt eniʒ inuictam eſſe rempub·cuius Impera
tor militari arte q̄ʒtos uoluerit faciat exercitus bellicoſoſ
et idem apud ip̄m·Si doctrina ceſſet armoꝝ nihil paga
nus diſtat a milite·Hec rei militaris ſcia in ipſius ꝯgnitio
ne cōſiſtit ꝛ in cognitione itineꝝ ut probat' ain·l·vnica C·
de caſtrenſionū palatinoꝝ peculio·ibi itineꝝ prolixitas·
li·xij·vnde ſcribit' per vegeciū·xiij·c·tertij·li·Bonū du/
cem ꝯuenit noſcere ipſium locū in quo dimicandū eſt·ma
gnā parteʒ uictorie poſſidere cōſiſtitqʒ in ingenio et elo/
quentia quā Fran·petrarcba caſtrenſeʒ appellat··In oi
bus etiā alijs cōſiſtit de quibus·j·de uirtute dicet'·Ueruʒ

hec militaris ſcia per armoꝝ exercitationē acquirit'·ut ē
caſus in·l·in nomie dn̄i·in fi·ij·coll'·℣·iubemus ſemp ut
milites per exercitationē armoꝝ teneant·C·de offi·p̄fec·
preto·affri·et ibi Albri·de roſa·qui dicit per illum tex·ꝙ
milites armorū uſu quotidiano ad bella ſe p̄parare debēt
allegat etiā·l·milites C·loca·et eſt caſus in·l·milites·ibi
ut armoꝝ quotidiano exercicio·C·de re mili·li·xij·Et io
dicit' ꝙ omne artificiū per exerciciū ſuſcipit incrementuʒ
ut eſt tex·in·l·legatꝭ ſeruis§·ornatricibus·et ibi glo·ff·de
le·iij·et not·glo·in·℣·poſſit·lxxxiiij·di·peruenit· et An·
de barulo in·d·l·milites·in fi·C·de re mili·li·xij·ꝓpterea
Anacletus cunctis fidelibus ſcribens dixit·Sicut oīum
artiū in ſuo quoqʒ opere inuenit' mater inſtātia· ita nouer
ca eruditionis eſt negligentia·ut dicit tex·lxxxij·di·nihil
hoc etiam clare oſtendit in policratu·li·vi·ubi ſic inquit
Tria enim fecerūt Rōnos eſſe gentiū uictores·ſ·ſcia ex
ercitatio et fides·quā electi ex ſacramēto reipub·impen/
debant·et dixi pro Impatore ubi agit de ei9 fide·Acq
ritur et per uigilantiā ſolertia laboꝝ aſſiduitatē et pacien
tiā magnanimitate rerū gerundaꝝ fortitudine et ꝯtemp/
tu periculoꝝ·ut probat' per predicta ꝛ per ea que dicent'
de uirtute rei militarꝭ·Acquirit' etiam per doctrinā et aſ
ſiduam lectionē libroꝝ maxime de re militari loquentiuʒ
ſicuti Alexandrū et ceſarē legiſſe dr̄·et ut fertur ille ſcro
ciſſimus·Turcus xp̄iani generis nunc aduerſarius maxi
mus eos imitat' qui ſibi imprimis Alexandri ceſarꝭ et ba
nibalis preclara facinora legere iubet··Et ꝓpterea ut ait
vegecius q̄rto li·de re mili·Alexander exiguā manū mi
litarē ſuſcepit a patre·ſed doctrina qua orbem terraꝝ ag/
greſſus inumeras boſtiū copias fudit· Policratus uero
li·iiij·Rōnos inquit Impatoreſ ꝛ duces dū eoꝝ reſpub·
uiguit nō memini fuiſſe illitteratos·et neſcio quō cōtigit
ex quo in p̄ncipibus uirtus lr̄aꝝ armate milicie infirmata
eſt manus et ipſius p̄ncipatus eſt quaſi preciſa radix·hec
aūt ſcia rei militaris in homie percipi pōt etate tēpore na
tione loco preceptore ꝛ experientia·¶ De etate ac tem
pore dixi·s·in prin·De natione dictū eſt etiaʒ·Ex loco
in quo educatus eſt et dedicit probatur hmōi ſcia·ut·xx·
iiij·di·qn̄ ep̄us·ibi·locum ubi educati ſunt· Ex p̄cepto/
re etiam intelligi pōt ſcia militis·qꝛ diſcipulus regulariter
magiſtro aſſimulat'·ut probat'·xxiiij·q·i·cū beatus·et no·
glo·fi·in fi·de cōſecra·di·v·ſaluator·que eſt ulti·glo·de/
creti·et ideo dixit glo·in·d·c·cū beatuſ·per illū tex·ꝙ qs
nō debet audire magiſtrū qui nō bene ſciat·¶ Ab expe
rientia cugnoſcit' optime rei militaris ſcia ut ꝓbatur·C·de
nouo codi cōfir·§·electis uiris·ibi·q̄ʒ experiētia reꝝ·et in
ꝓhe·inſtitu·§·cunqʒ hoc deo·ibi·ex multis reꝝ argumen
tis accepimus·et dicit ibi glo·ꝙ opus laudat magiſtrum
ut in au·de mona·§·ſancimus·ibi·et experimēto percipe
re eoꝝ tollerantiā·coll'·i·et in autꝭ·de queſto·circa prin·
ibi·utiliſſime ex ipſo reꝝ experimento·coll'·vi·et in autꝭ·de
iudi·circa prin·ibi·de inde neqʒ cauſaꝝ habentiū experim̄
tum·et·§ i·℣·qꝛ uero cōpetens eſt ibi·experimētis cauſa
rū multaꝝ·et ꝓbatur in cle·diſpendioſaʒ in prin·de iudi·
et in·c·q̄ʒ ſit·in prin·ibi·ſed et magiſtra reꝝ efficax expe/
rientia manifeſtat·de elect·li·vi·et eſt tex·in cle·i·de eta·
et quali·et in·c·ſtatuimus·in prin·de reſcrip li·vi·ꝛ·xliiij·
di·multꝭ·ibi·niſi hec actionū tuaꝝ experimentꝭ approbarē
et in·l·ij·§·que omia·ibi·ipſis reꝝ experimētis·et ibi·Al·
de roſa·C·de uete·iur·enucl'·et in·l·ij·in prin·C·ut in po
ſſeſſio·lega·et ibi etiā per eūdē Albr·et in autꝭ· de appel·
et intra que tēpora·in prin·ibi·ex reꝝ aūt exprentia inue
nimus ea in·c·cupientes·in prin· de elect·li·vi· et·l·di·ut
conſtitueret'·ibi·experti credo·et ideo experientia dicitur
rerum magiſtra·ut eſt tex·in·d·c· q̄ʒ ſit in prin· et probat'

in·d·c·ſtatutū·in prin·cum ſi·ē·allegatꝭ·vnde dicit beatꝰ Augu·ꝙ multoꝝ experimenta morboꝝ cogūt multas inuenire medelas·ut dicit tex·in·d·c·ut ꝯſtitueretur·l·diſ· Et ꝓpterea dicit Jo·de pla·in·d·l·i·C·de conditꝭ in or· publi·li·x·ꝙ in electione officialiū conſideranda eſt etiaꝫ ipſius eligendi experientia·

Irtutis etiā ratiōe uidetˀ ꝙ Bartholomeꝰ coli·cogi nō poſſit Jmꝑatori ſubeſſe·Nam uirtutē premia tribui merentibus ꝯuenit·ut l·fi·ut uirtutū·C·de ſta·et yma· et in cle·cupientes·in prin·de pe·et remiſſ·facit·xl·di·nō loca· et dixit Jheronimus uirtutibus romā promeruerūt Jmperiū· ut eſt tex·xxviij q·i·c·omnes·§·ex his·poſt medi· et no· glo·fi·lxiij·di·ego ludouicus·et ꝓpterea dicitur ꝙ ad locū ſupremū pro merito laboꝝ et ſtipendioꝝ quis ſuccedere debet·ut dicit·tex·in·l·i·C·de caſtronenſianis·li·xij·et in·l·i·C·de agen·in rē·et in·l·fi·C·de teronibus·e·li· ubi dicit illa fi·not·rite eniꝫ patimur quenq̄ꝫ celſiorem ḡdum optinere·niſi cui et laboꝝ aſſiduitas et ſtipendioꝝ prolixitas ſuffragatˀ·facit·l·i·C·de aſſeſſo·ad idem dicit Jmꝑator·in·l·in nomine dn̄i·in·iij·colˀ·C·de offi·prefec·affric· Semꝑ prouidemus unūquenq̄ꝫ ſm labores ſuos ad meliores gradus et maiores dignitates ꝑducere· et in·l·cōtra publicā utilitatē·C·de re·mili·li·xij·dicitur honorꝭ augmentū nō ambitione ſed labore ad unūquenq̄ꝫ conuenit deuenire· Pro hoc adducitˀ·l·i·et·ij·nemo·C·de offic· magr̄i officioꝝ·ubi dicit tex·in·d·l·ij·Js gradu ceteros antecedat quē ſtipendia meliora ulˀ labor ꝓlixius fecerit anteire·et not·glo·xij·q·ij·uulteranee·et uide quod not· An·de barulo in·l·unica grāmaticos·C·de ꝓfeſſo·qui in urbe Cōſtantinopolˀ·li·xij·et in·l·agentes·C· de princi·agenti·in re·et in·l·unica·de caſtrenſi·palenti· peculˀ·ea·l· facit q̄d·ī·dicam·de ſolertia ſiue uigilantia· preterea ſm maius meritū cōferende ſunt dignitates·ut eſt tex·in·d· c·uulteranee·in fi·xij·q·ij·ibi·prout cuiuſcūq̄ꝫ locū meritū q̄ꝫ cognoſcat·et ibi glo·in·℞·locū·hoc not·et probatˀ in c·de redditibus·ibi·pro ſinguloꝝ meritis·ea·q·et·i·q·ij· c·fi·clerici·et·i·di·ius militare·ibi·premioꝝ honor·et·lix· di·ſi officia·ibi·et meritū probitatꝭ ſtipēdia ante acta teſtātur·et ibi glo·pe·et ꝓbatur in·c·de mulcta·in fi·et ibi gl· in·℞·ſublimes·de preben·et digni·et in·c· ſtatuimus·et ibi hoc not·glo·not·in·℞·uoluimuſ eſſe potiores·de ma· et obe·Et huius eſt ratio·q̄ꝛ honor eſt premiū uirtutꝭ·ut dicit ph̄us·viij·ethic·et not·Albri·de roſa·in ſuo primo alphabeto·in·℞·honor·facit tex·in auten·de mona·§·ordinatione uero abbatū·collˀ·i·ubi dicit·non enim exonorandū eſt oīno tēpus et eo ordo·ſed eū qui apparuerit p̄mus optimus inter monachos cōſtitutus et dignus preſulatu coꝝ hunc eligere·accedat adˀ hoc tex·in·d·c·unico·in prin·de reli·et uene·ſanc·li·vi·ibi·illos tn̄ ut digniſ digna īpendant potioribus attollit inſignibꝰ dignitatū et premioꝝ liberiore ꝓſecutione proſequitˀ quos digniores agnoſcit et cōmendat ingentior excellentia meritoꝝ·ꝓbantur hec etiā in·l·unicuiq̄ꝫ circa prin·C·de de proxi·ſacr·ſcri·li·xij·ubi dicit Jmꝑator loquēdo militibus ꝙ nemini ꝑenitus liceat cū ſit poſterior tēpore in locū precedētis abire·niſi ab eo qui tēpore uincitur labore ł cōparatione ſeꝑatus precedentibus dignior iudicetˀ·Et ſic ibi uult lr̄a ꝙ licet regulariter miles prior loco p̄ferri debeat·tn̄ ſi alius poſterior eſt uirtute preſtantior ille debet anteire· et idem ꝓbatur in·l·honores·in prin·et ibi glo·ff· de decurio·et not·glo·in rubri·C·quēad·ciui·mu·indi·ibi· Jtē ſeptimo ut potiores·li·x·et ibi oīno uideatur Jo·de pla· maxime circa fi·⁊ ideo dicit glo·in·d·l·unicuiq̄ꝫ nō ſufficit diu ſtuduiſſe ſed bene·nec Jeroſolimis fuiſſe ſed ierofolimis bene uixiſſe laudandū eſt·ut eſt tex·Jeronimi i·c· gloria epi·in fi·xij·q·ij·de quo uideatˀ etiaꝫ·ī·in reſponſione ad tꝑs·vnde dicit etiā Leo papa ꝙ rudibus et imperitis gubernacula eccleſie nō ſunt ꝯmittenda· cū ualde iniquū ſit abſurdūq̄ꝫ ut imperiti magiſtris noui antiquis rudes preferātur emeritis·ut habetur·lxi di·ſtatuimus·et ibi glo·de hoc·ad idem uideatur tex·in·l· generaliter·§· quid ergo·in fi·ibi·aut meritis cuiuſcūq̄ꝫ allegatꝭ·ff· de fideicō·libertꝭ·et q̄d ibi not·Ja·de are·et·d·Benedic·de plōbino qui dicunt per illū tex·ꝙ inter electos fieri debꝫ cōparatio meritoꝝ ut magis meritus minus merito preferatur· Videtur p̄terea de hoc eſſe caſus in·l·i·circa prin· ibi·erga optimos·ff·de teſta·mil·et ibi Ang·qui dicit ꝑ illum tex·ꝙ nō omnis eſt aſſociādus ad gradū milicie ſꝫ tm̄ ille qui propter ꝓbitateꝫ et uirtutē dignior inuenitˀ·et idem no·ipſe Ang·in·l·ſi duobus·eo·ti· ubi etiā dicit ꝙ in milicia nō attenditˀ origo ſed fortitudo·Cicero in oratione ſua·pro·l·mureua·hec ſentire uidetur tex· dū dixit reipublice·virtus preſtat ceteris oībus hec nomen Po· Ro·hec hinc urbi eternā gloriaꝫ peperit·hec orbem terraꝝ hinc Jmperio coegit oēs urbane res omnia hec nr̄a preclara ſtudia et hec forenſis laus et induſtria latent in tutela ac preſidio bellice ꝟtutis hac uirtute·ut idē in philippicis ait· Maiores nr̄i primū uniuerſaꝫ Jtaliā deuicerunt·de inde cartaginē exciderūt Numontiā euerterunt potentiſſimos Reges bellatiſſimas gentes in deditione huius Jmperij redigerūt·deniq̄ꝫ pro oībus predictis optime facit q̄d in prima cōmedia degātur ſcribit Plantus virtus oībus rebus ante id ꝓfecto libertas·ſalus uita res parentes patria prognati tutantur·ſeruātur· Virtus in ſe oia habet omnia adſunt bona quē penes eſt uirtus· Ad idem q̄d ſcribit Jmꝑator in autꝭ·ut oēs obediant iudicibus prouinciaꝝ·ut in prin·colˀ·v·ubi ſic dicitur·vnam quidem eſſe oīm perfectiſſimā uirtutem que iura hominibus diſtribuit hec eſt ex cauſa cognominata iuſtitia eteni una queq̄ꝫ aliaꝝ uirtutū·niſi ſubſequantur hmōi fiet nihil hoꝝ que cōpetent· Jtaq̄ꝫ neq̄ꝫ fortitudinē que nō eſt cū iuſticia laudabimus cum·ſ·patria lingua fortitudinē in armis uirtutē appellat ſolum·et ſi quis ab eam iuſticiā ſubtrahat delictoꝝ ſolūmodo nō quorundā honoꝝ fiet occaſio· Et etiam dicit Oldra·et Albr·de roſa·C·de nouo codi·cōfir·circa prin·ad predicta deduci pōt ꝙ ſcribit Seneca ij·tragedia·habere Regnū caſus eſt uirtus clare·et uide oīno q̄d ſcribit Jo·bridani·iij·poli·q·ix nec eſt omittendū circa materiā· Jn hac aūt materia uirtute militari que militibus cōuenit·ut·l·ab hoſtibus·ibi·ſed uirtute militū C·de capti·et proxime dixi cōſiderari debēt ſapientia in ꝯſulendo·ut probatur in·l·i·in prin·in·C·ne liceat potentioribus·ibi ꝯſultiſſimos princeps·ꝯiuncta·l· pe·circa mediū·ibi·prouidentiſſimi principis·C·de his qui·ut indig· et in Saluſtio ſcribitˀ·prius q̄ꝫ incipias opus eſt cōſulto et poſtq̄ꝫ cōſulueris mature opus uti facto·et Salomon dixit· Palpebre tue precedant greſſus tuos·i·ꝯſilia actꝰ tuos preueniant· Unde apud Jmꝑatorem ita dicitur·in dubium nō eſt oia omnino que cōſilio recto geruntur iure meritoq̄ꝫ effectu et firmitate in ti·et not glo·lxxxiiij·di·ꝑuenit·in·℞·conſilio cōſiliū in prouidendo·ut probatur in l·unum ex familia·§·fi·ibi·princeps prouidentiſſimus·ff· de le·ij·et ibi glo·in·℞·prouidentia·in ꝓhe·inſtitꝭ·in·§·i· et ꝓbatˀ·C·de no·codi·ꝯfir·in prin·ubi dic·ꝙ agmia militaria prouidentiā omnem multis mōis contineri debet· Et q̄d in militibus et in Jmꝑatore belli requiratˀ ſapientia·probatur in·l·poſt liminiū·§·fi·ff·de capti·et poſt liminiū reuerſ·et not·Ang·in·l·quod cōſtitutū·ff·de teſta· mili·et in·l·i·C·de conductꝭ·in orre·pub·li·x·et ibi per Jo·

de platea·et facit quod not· Bal·per·d·l·i·in·l·ex dim·
C·loca·et dixi in·xxxviij·priuilegio nobilitat·Et ad hoc
duo uide Valeriū in ti· ſapienter ·dicta aut facta·qui de
Scipione ſcribendo ait·Turpe eſt uiro militari dicere n̄
putarē·q̄ꝛ explorato et excuſſo cōſilio que ferro agunt ad
miniſtrari oportere arbitrabat̃ ſumma ratione irreuocabi
lis eſt eniꝫ error qui uiolentie martis cōmittitur· dixit eti
am Tulius li·de ſenectute·nō iuribus aut uelocitate cor
poꝝ nō res magne gerūtur ſed cōſilio ,auctoritate et ſcia·
dantes eniꝫ cōſilia plus agunt alijs·unde et in bellis paꝝ
ſunt ibi·foris arma ubi intus nō eſt cōſilium·ut ait Cicero
in·li·i·de officijs·Et pꝫi cōſilia plus ualuerūt in bellis q̄ꝫ
principes aliūde·ut ibi ꝓuerbioꝝ quoqꝫ·xxiiij·dicit·Cuꝫ
diſpoſitione initur bellū et erit ſalus ubi multa cōſilia· et
ꝓpterea ut inquit Trogus Pompeius·li·xi·Allexāder
optinuit uictoriā qu ꝯſilio gubernauit exercitū· Hec autē
ſapiētia in ꝯſulendo et ꝯſiliꝫ in ꝓuidendo p̄ponderat for
titudini·Expedit eni ducē belli ductorē et cōductorē nō
aūt ſuis manibus pugnatorē eſſe·ut·l·qđ conſtitutū·ff·de
teſta·mili·et·l·poſt liminiū·§·fi·ff·de capti·ut dicit Ang·
in·d·l·qđ conſtitutū·et ita etiā not·Jo·bridani·i·politič·
q·ix·ubi pulchre hoc examinat·Induſtria etiā in agendo
ꝯſiderari debet·ut·l·i·§·his cunabulis·ibi·ob ſingularē in
duſtriā·ff·de offi prefect·preto·et in·l·ꝓximos·in prin·ibi
ac diuturne obſeruationis induſtria·C·de ꝓxi·ſacro·ſcri·
li·xij·celeritas in ꝯficiendo ſiue exequendo·ut l·unica·C·
de caſtrenſi palati·pecul·li·xij ibi·qui preſto ſunt ſemꝑ a
gētibus·unde Lucanus·tolle moras nocuit ſemꝑ differ
re paratis·Aſturia ſiue ſagacitas in ſtrategematibꝰ·ut ha
betur in Valerio maxio de ſtrategematibus·et in li·Frō
tini de ſtrategematibus cū ſi Solertia ſiue uigilātia cum
aſſiduitate et patiētia laboꝝ·ut probat·xxiij·q·i·c fi·ſum
ma milicie laus·in fi·ibi·uigilantiā ac ſollicitudinē augmē
tet·et loquit̃ ibi de militibus·⁊ in·i·cōſtitut·codič·in·§·
ideoqꝫ ſollicitudini ſufficientes·et in pro he·Inſti·§·cūqꝫ
hoc deo·ibi·quoꝝ oīm ſolerciaꝫ·et ibi glo·hoc not· et in
l·in nomine dn̄i·in prin·ij·coll·ibi·et in uigilijs et labori
bus·C·de offi·prefect·preto·affri·et in·l·unica·C· de ca/
ſtrenſi·palati·pecul·ibi·quos intentos li·xij·et ꝓbatur in
l·i·C·de princi·agen·in re·eo·li·ubi dicitur·agentes in re
bus poſt palmā laboris emeriti principatus honore remu
neramus·⁊ in·l·iubemus·i·ibi·longi tp̄is ſudore queſiuit
C·de ꝓxi·ſacr·ſcrine·li·xij·et in·l·unica·C·de caſtrenſia·
ibi·dū dicit ad locū pro merito laboꝝ et ſtipendioꝝ ſuc
cedat·et in·l·fi·C·de tironi·et in·d·l·unica·C· de caſtrē·
pala·pecu·eo·li·ibi·ſed nec alieni ſint puluere caſtroꝝ qui
ſigna cōmittantur·et ibi·quos intentos·et ꝓbatur per iura
ꝓxime deduxi pro ꝟtute·Et ideo ligurgus Lacedemo
nijs legē tulit Parſimoniā oībus perſuadēdo exiſtimās
laborē milicie aſſidua frugalitatꝭ cōſuetudine faciliorē fore
Magnanitas reꝝ gerendaꝝ·ut in·l·unica·C·de theſaur
li·x·ibi·dū dicit Impatorie magnanitatis·et no·Bal·in
ri·de pač·cōſtan·in prin·Statuis achilleidos id ſentiēs
Achillē magnanimū appellat·dū dicit in prin· magnani
mū eacidē formidatāqꝫ tonanti progeniē·vnde Allexan
der·ut inquit Juſtinus li·xi·Animi magnitudine didicit
cōtendere·Fortitudo et cōtemptus periculoꝝ·ut·l·ſi gs
pro redēptione·§·i·ſili mō ibi· fortiſſimis p̄ſtant militibꝰ
C·de dona·et in·l·i·§·miles·ff·de teſta·mili·ubi mileſ ap
pellat̃ uno mō a milicia·i·duricia quā ꝓ nobis ſubſtinꝫ
et not·glo fi·in·l·ab hoſtibꝰ captiuis·C·de capti·et poſt
limi·reuer·et iō dicit Ang·in·l·ſi duobuſ·e·ti·ff·de teſta·
mili·ꝙ in milicia nō attendit̃ origo ſed fortitudo·ut etiā
ſ̄·dixi·Marius in oratione ad populū habita ut Saluſti
us in iugurtino refert·Ego inquit naturā unam et cōem
oīum exiſtimo·ſed fortiſſimū quēqꝫ generoſuꝫ eſſe·hinc di
xit phus ꝙ multū expedit ut princeps ſit robuſtuſ q̄ꝛ pro
pter hoc ſubditi magꝭ obediunt et timent·ut dictū eſt ſuꝑ
de diuicijs·in·x·ratione·propterea Juſtinus eo· li·xi·ſcri
pſit uictoria uero armoꝝ decore ſed fieri uirtute querēda
eſt·Seneca·vij·tragedia ita locutus eſt·Fortuna fortes
metuit ignauos premit·et Virgilius ſiliter ait·Audēteſ
fortuna iuuat·Ouidius etiā methamorphoſeos·x·li·ideꝫ
ſic ſcribit·Audētes deus ipſe iuuat·Lucius quoqꝫ cati/
lina dū militibus ſuis loqueret̃ hec dixiſſe Saluſtiuſ tra/
didit ſemꝑ in prelio his maximū eſt periculū qui maxime
timent audacia pro muro habetur·Idem Cicero·iij·li·re
thoricoꝝ ait·Fortitudini fortunā eſſe adiumento ſolere·
Et hmōi exemplis uide per Valeriū maximū de fortitu
dine·milites itaqꝫ debent eſſe audaces et feroces cōtra
inimicos·ut eſt tex·in·l·in nomine dn̄i·in pe·col·ibi· ſunt
aūt iubemus audaces et feroces cōtra inimicos milites
noſtros eſſe·C·de offi·prefect·preto·affri· Lucanus hoc
ſentit dicens·gelidos pauor occupat artus·Ceſar in ora
tione quā habuit ad milites dixit·ut ſcribit Lucanus eo
dē in loco belloꝝ·O ſocij qui mille ꝑicula martis mecū
ait experti debet eteni milicie princepſ habere corꝑis ua
litudinē·nec debet eſſe adeo ſenex ut ad regendū nō po
ſſit aſſurgere·ar·c·florentinū·lxxxv·di·et in hac ſn̄ia eſt ve
gecius in ſuo·i·li·de re militari·⁊ uide circa predicta q̄ di
cit Cicero in ſua oratione Pōpeiana ubi inquit· ꝙ hec
ꝟtutes·Impatorie uulgo eē exiſtimātur·ſ·labor in nego
cijs fortitudo in ꝑiculis īduſtria in agēdo celeritaſ in cōſi
tendo conſiliū in prouidendo·Idē dicit ad lr̄am Fran·
petrarcha in quadā ſua ep̄la ad Lucinū·de ferme illuſtrē
capitaneū venetoꝝ contra inſulā Cortenſeꝫ·hij etiā addi
ciūt ꝙ multe alie artes eximie huius admixte comiteſqꝫ
uirtutes in ſummo Impatore milicie requirūtur·Innocē
tia in oībus rebus tēperantia fides facilitas et humāitas
et ꝙ auaricia miſer nō ſit·que oīa ſola uirtus ſatis cōplecti
tur·in hac etiā uirtute cōtinetur iuſtitia que tam amicis ⁊
ſocijs q̄ꝫ hoſtibus ſeruanda eſt·Scripuū eſt enim ·Cum
Rex iuſtus ſederit ſuper ſedē nō aduerſabitur ſibi queq̄ꝫ
malignū·ut eſt tex·in·l·inter claras·ad fi·prin·C·de ſum·
tri·et fi catho·et ibi etiā dicit̃·per me Reges regnant ⁊
potentes ſcribūt iuſtitiā·unde dixit eo· in loco petrarcha
ꝙ hoſtibus nō niſi ſeruato decore nocendū eſt amicis ue
ro et ſocijs nullo penitus mō damnū afferatur·nam quid
turpius aut quid unq̄ꝫ ſceleracius q̄ꝫ nocere his quoꝝ tu
telē ac preſidio euocatus ſis·et de cuſtode raptorē et de
cane quodāmodo lupū fieri·et pro hoc eſt in·l· ab hoſti/
bus capti·in fi·C·de capti·que dicit· milites defenſores
reꝝ noſtraꝝ eſſe decet nō dn̄os· licet ſepe numero hijſce
tēporibus raptores et dn̄i reꝝ ſubditoꝝ efficiant̃·ꝙ qui/
dem graue eſt·Ideo Augu·in li·de uerbis dn̄i ſcribit·ꝙ
militare ꝓpter predaꝫ peccatū eſt· Propterea q̄dam ꝓ
uidentia militantibus ſunt ſtipendia ꝯſtituta ne dū ſump/
tus querit̃ predo craſſetur·ut eſt tex·lr̄is aureis ſcriben/
dus in·c·militare·xxiij·q·i·et·lxxxvi·di·ſingulis·⁊ dixi ſu
pra de diuicijs in ꝑn·Multe quoqꝫ alie ꝟtutes comites
reperiūtur·de quibus dixi·ſ̄·de ſcia rei militaris· et dice
tur ꝓxime de Imperatoris auctē·de quibus eſt uidendū
in oratione Pōpeiana·et in dicta ep̄la Fran·petrarche
ad Lucinū a uerme·

Victoritatꝭ cauſa que in Bartholomeo co
lio·maxima quidē apud omēs habetur di/
cendū eſt ipſum Imperatori cōſtituto parer̄
nō teneri·ar·c·dudū ad audientiā·circa me
diū·ibi·inuenimus ꝙ pro p̄poſito ſanctoꝝ apl̄oꝝ auctori
tas faciebat·ex̄·de elect·et in·l·quintus·§·i· Pōponius

ibi·ſed ad auctoritatē nr̄am cōſeruandā·et ibi·ad aucto/
ritatem ſcribentis·ꝛ ibi·ſed auctoritatē defuncti·ff·de an·
le·et in·l·iij·§·i·ibi·alias auctoritas·ff·de teſti·et in·l·ij·§·
poſt hos quintus mutius·et in·§·poſt hunc·in prin·et in
§·ex his auditoribus ibi plurimū auctoritatis·ff·de orig·
iuriſ et in eadē·l·ij·§·fi·primus diuus auguſtus·ibi·ut ma
ior iuris auctoritas haberetur·et ibi·ſed plurimū in ciuita
te auctoritatiſ habuit·et ibi·et proculi auctoritas maior fu
it·et in·l·pe·ad fi·ibi ſaluiū Julianū ſumme auctoritatis·
C·de condiſ·inde·cum multis ſi·Et ideo dixit M·T·
Cicero in dicta oratiōe pro pompeio·et Fran·petrarcha
in dicta ſua epl'a ad Luchinū de uerme veronenſez ꝙ in
ter alia que requirūtur in Imperatore debet eſſe auctori
tas et merito·ubi enim nō eſt auctoritas ibi nec timor ho
ſtium nec ſubditoꝝ·¶ Aſſumitur aūt hic auctoritas re/
ſpectu eſſectus pro quadā reputatiōe ſiue eſtimatiōe ut ꝓ
batur in·l·cognitionū·§·i·et ibi glo·in·℞·eſtimatio·ff·de
uariis et ex̄or·cog Sicut dicimus hij ſunt maioriſ aucto
ritatis qui habent poteſtatē·ut·l·i·ff·de albo ſcribē·et·d·
l·quintus·§·i·cum ſi·Alio modo accipitur auctoritas qꝛ
nō requiritur tanta ſolēnitas in uno actu ſicut in alio·Et
ideo dicitur habere maiorē auctoritatē contractus nomia
tus q̄ȝ innominatus·ut l·iuriſgentiū·in prin·ff·de pact·et
iſto reſpectu iuramentū dicitur habere maiorē auctoritatē
q̄ȝ ſententia·quia in eo nō requiritur tanta ſolēnitas ſicut
in ſnia·et ita intelligatur·l·ij·ff·de iureiuriſ·ſm Albri·de
roſa·ibi·et hoc modo nō accipitur hic·Poteſt et tertio
modo auctoritas ſumi pro quodā cōſenſu interpoſito ſuꝑ
aliquo actu cum aliq̄ cauſe cognitione·et ita intelligiť ti·
ff·et inſti·de auctori·tuto·et C·de aucto·preſtan·et h̄ mō
nō accipitur etiam hic·Hec aūt auſtoritas in Impatore
plurimū poteſt·nam ut ait Juſtinus li·xi·Alexander plu/
ra bella geſſit cum prefectis darij quos nō tam armis q̄ȝ
terrore nominis ſui uicit·Nico·picininus hec noſtra eta
te Fran·forcia multiqȝ alij iam in Italia Impatores ſe
piſſime ſolo nomine fugatis hoſtibus uicere·Et ꝙ ꝑpter
auctoritatē Bartholomeus coli·nō teneatur ſubeſſe Im
peratori·Probatur ſic ratione·Si par in parem nō ha/
bet Imperium·l ille a quo·§·tēpeſtiuuȝ·ff·ad trebel'·et·l·
nam et magiſtratus·ff·de arbi·et·c·innotuit·ante mediū
ex̄·de elect·cum ſi·ergo multo minus inferior in ſuperiorē
preterea ſi ipſe ſe ſubmitteret Imperatori inferior uidereť
quodāmodo negligere et perdere honorē ſuum et aucto
ritatē·ergo nō uidetur ꝙ cogatur ei ſubeſſe quia expedit
magis uni mori q̄ȝ ꝙ quis euacuet gloriā ſuam·ut dicit
tex·i·q·ii·ſacerdotes·ad fi·Unde uulgo dicitur honoreȝ
meū nemini dabo·et qui nō diligit honorem ſuum fur eſt
ipſius et homicida·et qui negligit famā ſuam crudelis eſt
ut eſt tex·Augu·xii··q·i·nolo·circa prin·et not·dn̄s Do
minicus de ſancto Gemi·in·c·quia ex eo·in·vii·nota·de
pact·li·vi·et not·Spe·in ti·de aduoca·§·nunc tractem⁹
℞·facto autem·in fi·Et pro hoc facit quod not·glo·in·l·
i·§·ueteres·ff·de acqui·poſſe·et in·l·heres per ſeruum·ff·
de acqui·here·que dicit ꝙ aſinus intumeſcit dum uidet
ſe per cōparem capi·Itē pro hoc illud quod dicitur con
tra maiorem nemo preſumat honorē·ut dicit glo·in·l·iij·
in prin·ff·de alie·iudi·mutan·cā facta·et licet uideatur ꝙ
Impator ſit dignus quia eſt electus a principe·iux̄ not·in
l·quidam cōſulebant·ff·de re iudi·non tn̄ debet preſumi
pro eo ideo ꝙ habeat dignitatē·ut·xl·di·locum·et·c·mľ
ti·et·ii·q·vii·queritur·et·viiii·di·ego ſolis·de quo ꝑ glo·
viii·q·i·illud·ꝛ·lxi·di·miramur·in glo·in·℞·pro laborib⁹
in fi·ymo etiā ſi princeps cōſtitueret ipſum exercitus Im
peratorē ex certa ſcia·tn̄ ille poterit recuſari·ut in·c·cum
ſpeciali·et in·c·poſtremo·ex̄·de appl'·et·xvii·q·iiii·qui au

tem·et not·glo·xcv·di·ualde neceſſarium·¶ Et auctori
tas predicta ſiue eſtimatio quam uulgo reputationem ap/
pellamus acquiritur per uirtutem·de qua dicendū ut di/
xi ſuꝑ de uirtute·et ex formoſitate corporis·unde Virgi
lius·Gratior et pulchro ueniens in corpore uirtus adiu/
uat·et ſcribitur apud Porphiriū phm·facies priami dig
na eſt Imperio·et Fran·barbarus in libello quem de re
uxoria ſcripſit ſic ait·Formoſos cuncti diligunt dignos
credunt Imperio eis facilius obſecūtur·ut dicā etiam·ī·
pro Imperatore·Item ex dignitate qua quis potitur ut
dixi in·xxx·priuilegio nobilitatiſ·Idem ex honore ut in di
cto priuilegio dictum eſt·Item ex potentia ea enim facit
hominē eſſe maioris auctoritatis·ut eſt tex·in·l·ii·§·ſi·ff·ꝺ
origiſ·iur·ibi·et proculi auctoritas maior fuit·Nam etiaȝ
plurimū potuit·et ibi hoc not·Bal·Item ex diuicijs·ut
dixi ſuꝑ de diuicijs in nona ratione·Item ex nobilitate·
ut dixi in·xxx·priuilegio nobilitatis·Item ex facilitate ſu
auitas enim et facilitas ut inquit Petrarcha in dicta e/
piſtola·accedat Impatori quia ad cōciliandū hominum
annos nihil efficacius·huic cōſinis eſt equalitas quedaȝ
familiaritaſqȝ cum exercitu·facit·l·obſeruandū·in prin·ibi
facilem ſe prebeat·ff·de offi·preſi·Item ex humanitate·
ac clementia·nam ut ſcribit Seneca in li·de clementia·
Excogitare nemo quidq̄ȝ pōt qō magis decoꝝ regēti ſit
q̄ȝ clementia·Unde Cirrus rex Perſaꝝ dicere ſolitus
eſt·Nullū tam proprium Regis ac principatus officium
q̄ȝ humanitatē hominibus dare·et ita uult Impator·in·l·
fi·C·de dona·inter uir·et uxo·ubi·dicit ꝙ nihil aliud taȝ
peculiare eſt Impialis maieſtatis q̄ȝ humanitas per quā
ſolam dei imitatio ſeruatur·Idem probatur in auten·iuſ
iurandū quod·preſtatur ab his·§·itaqȝ·coll'·ii·et in·l·im/
perialis·in prin·et ibi glo·in·℞·imitari·C·de nupſ·et·ī·
dicetur de fide Imperatoris·Legitur etenim de ceſare
dictum qui nō laborat ut militibus ſit carius ipe militem
neſcit armare·Unde nil eſt ꝙ magis principes caros ſu
is militibus reddat q̄ȝ benignitas clementia·Legitur et
de Troyano Impatore ꝙ cuȝ arguerent amici ꝙ in om
nes ultra q̄ȝ deceret Imperatorem cōmunis eſſet·Reſpō
dit ſe talem uelle Impatorem priuatis quales Impato/
res eſſe priuatus optaſſet de Alexandro·Valerius ſcri/
bit·ꝙ precipuum amorem a militibus meruit ſua clemen
tia·Item ex omnibus partibus uirtutis rei militaris acq
ritur·Ex rebus deniqȝ proſpere ac feliciter geſtis acqui/
ritur auctoritas·qꝛ dum Impatori cuncta proſpere ſucce
dunt omnes amici et ſubditi honorant, diligūt obſecunť
qȝ hoſtes aūt uerenť et timent·Et de hac feclicitate nūc
dicamus·

B felicitatē quoqȝ uidetur ꝙ Bartholo/
meus Coli·nō teneatur manere ſub dcō im
peratore·dicit enim ſe magis in re militari
felicem·que quidē felicitas et ſi raro in ho/
mine perſeueret ſm Senecā·x·tragedia qui dicit·rarum
eſt felix idemqȝ ſenex·tn̄ in Imperatore cōſideranda eſt
ut dicit·M·T·in dicta oratione Pōpeiana·et Fran·
petrarcha meminit in dicta epl'a ad Luchinum veronē
ſem circa fi·et probatur in Rica inſtitu·in·℞·felix·et ibi
glo·ſm unaȝ expoſitionē que eſt ꝙ felix dicatur·i·proſper
qꝛ cuncta ad uotū ſibi ſuccedebant·et i probe·ff·in·℞·fe
lix·nam ut felicitatem fiducia ſic infelicitatē duarum ſequi
tur militū pauor quo nil proprius exicio ē·Et ideo virg·
audentes fortuna iuuat·Ad quod uideatur·s·de uirtu/
te rei militaris·ubi de fortitudine et cōtemptu periculoꝝ
agitur·unde Vegecius li·iij·de re militari dicit in prin·
rem militarem uirtute ſola uel certe felicitate crediť con
tineri·et in·xvi·c·eiuſdem li·dicit·naȝ neſcio qua occulta

ratione uno pene diuina alii contra alios dimicant meli/
us et qui fortiores uicerant ab inferioribus ſepe uincun/
tur· Et propterea Cicero eodem in loco exiſtimat· Max
imo marcello Scipioni Mario ceteriſqꝫ magnis Impe
ratoribus non ſolum propter uirtutem ſed etiam propter
fortunam ſepius Imperia mandata atqꝫ exercitus eſſe o
miſſos fuit enim profecto quibuſdam ſummis iuris q̄dam
ad amplitudinē et gloriam· et ad res magnas bene gerē
das diuinitus adiuncta fortuna in qua Pompeiū pluri/
mum ualuiſſe· Cicero eadē ratione narrat· Item Affrica
nus minor Camillus Titus Traianus Theodoſiꝰ Sil
la etiam et Marius et Uentidius baſſus vir quidem for
tune mirabilis cui uictoriam de partis incredibilē craſſo/
rumqꝫ uindictam fata cōceſſerunt· omnes tū ut fama fert
et Fran· petrarcha refert Metellus ille felix dictus ſup
greditur· Marcus etiam furius Camilluſ ut Titi Liuij
i· li· dicitur· ob cōtinuam felicitatem cōtrauenientes dicta
tor creatus dux fatalis ad excidium urbis veios ſeruāde
qꝫ patrie urbis Romane fuit· Nam quocunqꝫ ſe intuli/
ſſet haud dubie uictoriaꝫ trahebat· Sic· P· Scipio qui
Affricam cognomen poſteris reliquit· ut idem Liuius
ſcribit· quaſi ob felicitatem maioꝝ ſuoꝝ gens Cornelioꝝ
Cartagini futura eſſet exicium quatuor et· xx· annoꝝ natu
ad bellum Hiſpanienſe Conſul creatus eſt· In hoc noui
magiſtratus ductu uiſa eſt fortuna ſedem animi ſui cōmu
taſſe· ubi enim primo factiones Hanibalis ſecuta mox cō
uerſo tergo ſe cum· p· Scipione cōciliauit huic adeo for
tuna ſe felicitate ſua cōiunxit ut in primo Sicilie ingreſſu
quatuor maximos penoꝝ exercitus inde fugauit Siciliā
Sardiniā Hiſpaniam ingenti fauore recuperauerit copi
as ſuas omnes in Affrica intraiecerit· Superatis ceſiſqꝫ
duobus potentibus exercitibus Syphace potentiſſimo
rege capto tot vrbibus Regni eius tot penoꝝ imperij e/
reptis Hanibalem quem cruenta Romanoꝝ clades ro/
mam duxiſſet conſul Scipio qui hoſtem penum in Ita/
lia nō uidiſſet ex diutina poſſeſſione in Affricaꝫ detraxit
inuitum ad colloquiū cum Scipione cōgreſſus ſe nunq̄ꝫ
a fortuna deceptum aſſeruit· ab eo uero uix dum militari
etate Imperio accepto ſe incredibili felicitatis eius au/
dacia deuictum ſextūdecimuꝫ iam annum herentē in po
ſſeſſione Italie detractū· Hunc ſequitur Fran· Sforcia·
quem uirtus eademqꝫ fortuna hac noſtra etate Medio/
lani ducem ac dn̄m conſtituit· Sed maiori profecto feli/
citate ſupioribus diebus· Thurcum xp̄iani generis ho/
ſtem acerrimū fortuna ſecuta· aſt qui tertio et· xx· ſue etatꝭ
anno preclaram ac nobiliſſimaꝫ omniū urbium Conſtanti
nopolim cum pera et multis aliis urbibus et locis xp̄ia/
nis ſuo Imperio ſubiecit· quod fortaſſis nō tantum ſue
uirtuti atqꝫ felicitati tribuendum eſt· q̄ꝫtum religionis or
thodoxe principuꝫ deſidere ac negligentie aſſcribendum
¶ Et niſi uenetum eſſet Imperiū ꝙ claſſem in mari Ja/
cobo lauredano imperatori fortiſſimo cōſtituit plura xp̄i
anoꝝ loca per Turcos occupata reperirētur·

Ro imperatore uero gētili dicitur huiuſmo
di cauſas non eſſe inſpiciendas ad recuſan/
dum ſub Imperatoris ſiue ut aiunt Guber/
natoris generalis poteſtate manere· Nam
ex quo per principem ſupiorem ſiue Senatum electus eſt
nō immerito dici poteſt Bart· ei obtemperare debere· ſi
ue ipſe ſuffragijs poſitus nō ſit· ſiue Impator pluribus cō
probatus extiterit· ut probatur in· c· dudum ad audientiā
circa mediū in· ℣· numerus· et ibi glo· et doct· ex̄· de elec·
facit· l· quod maior· cum ibi not· ff· ad municipal· et· l· nul
li· in prin· cum ibi not· ff· q̄ꝺ cuiuſqꝫ uniuer· no· et· l· pen· ſi
quid extra ordinariū· in fi· C· de de legat· li· x· ubi dicit ꝙ
ſd ꝙ maioris partis probauerit aſſenſus ſolemnis firmet
auctoritas· et ita tenet Albri· de roſato in· l· i· in ℣· prero
gatiua ſeruanda· C· de uete· iur· enucli· qui dicit ꝙ in ele
ctionibus et in cōſiliis ciuitatum non attenditur dignitas
ſed numerus· ad hoc optime facit quod not· per Goff· et
Hoſti· in ſumma in ti· de his que fi· a maio· par· ca· ubi di
citur ꝙ id preualet quod a maiori parte factum eſt· lxv·
di· c· i· ii· et· iii· preſumitur enim pro pluralitate· et ſic pro
maiori numero· ut in dicto· c· ad audientiam· ex̄· de elect·
cum ſi· Ad quod uide quod dixi in reſponſione ad digni
tatem in fi· ymo nō eſt querenduꝫ de meritis perſone cū
maior ſit numerus ex una parte q̄ꝫ ex altera· ut ex̄· de ele/
ctio· c· dudum· et not· glo· magna in· ℣· preſtantior· circa
fi· viii· q· i· licet· Si tamen diceretur Imperatorē non fu/
iſſe legitime conſtitutū ei obtemperandum nō eſſet· lxiii·
di· ſi per ordinatione· xvi· q· vii· ſane· xxiii· q· iiii· ille· et· q·
v· miles· et· q· i· quid culpatur· ibi· aliquo legitimo Impe
rio iubente· et ibi hoc not· Archi· et habetur de conſec·
di· i· hic ergo· Et inter cetera nō diceretur quis legitime
conſtitutus quando eſſet a militibus Imperator creatuſ
Nam a populo ſiue ſenatu duces belli a militibus eligi
ſolent· ut dicit Ualerius de diſciplina militari in· xvii· ex
emplo· et ita venecijs ſeruatur· quia in excelſo rogatoruꝫ
conſilio quod ſenatum Uenetum appello· Imperatores
eliguntur quibuſdam tn̄ temporibus nō a ſenatu ſed a mi
litibus Impatores electos fuiſſe conſtat· Sicut fuit maxi
mus qui ex corpore militari primus ad Imperiū acceſſit
ſola militūꝫ uoluntate cum nulla ſenatus interceſſiſſet au
ctoritas· neqꝫ ipſe ſenator eſſet ſm Eutropium in· ix· li· in
prin· poſtea ut idem refert tres ſimul Imperatores augu
ſti pupienus Galbinus et Gordianus fuere· Is Gordia
nus cum cōſenſu militum cum pro cōſulatum Affrice a/
geret maximiano imperante princeps fuit electus· alij eti
am a militibus fuerunt Imperatores electi· ut Claudius·
et poſt eum Quintilius eius frater· ut eodem in loco ſcri
bitur· debet itaqꝫ is Imperator eſſe legitime cōſtitutus ſi
ei obediendum ſit· nam ille qui eligitur legitime preſumit
ydoneus· ymo plus inſtar ſacrilegij eſt dubitare an dig
nus ſit quem eligerit Imperator· ut dicit tex· et ibi glo· in
l· ii· diſputari· et de crimine ſacrilegii· ⁊ eſt tex· xvii· q· iiij·
qui aūt· et ibi eſt glo· in· ℣· dignus· que dicit· quem prin
ceps iudicat dignū et nos iudicabimuſ· allegat· xciiii· di·
c· i· et· ff· de re· iudi· l· quidam· et· C· de aduocatꝭ· diuer· iu
di· l· reſtituende· in fi· pro hoc eſt tex· in· l· i· § his cunabu
lis· ibi· credidit enim princeps· ff· de offi· prefect· preto·
Sic etiam dicitur quem papa approbat nemo improba
re pōt· ut· xxiiij· q· i· hec eſt fides· et ibi not· gl· et probat
in· d· § qui autem· et· xxxv· q· ix· in· c· uenia· in· ℣· nolite·
Nam nullus debet eſſe tante ſuperbie faſtigio tumidus·
ut regalem ſenſum ꝯtempnat· ut· l· fina· imperialis· C· de
legi· et ſacrilegii inſtar eſt diuinis ſup quibuſdaꝫ admini/
ſtrationibus uel dignitatibus ꝓmulgandis obuiare bene
ficijs ut eſt tex· in· l· ſacrilegij inſtar· C· de diuer· reſcrip· fa
cit· l· lege repetita· C· de eroga· mili· anno· in fi· li· xii· et in
l· fi· C· de priuile· eo· qui ſacr· mili· pala· et in· l· i· C· ut dig·
ordo ſer· eadem· l· pena ſacrilegij eſt ſi his honorificēcia
nō deferatur qua cōtingere nr̄am purpurā digni ſunt eſti
mati· ita dicit Impator in· l· i· C· de domeſtic· et protect·
ea· l· et ibi glo· et An· de barulo qui dicunt quem pricepſ
honorat ab omnibus eſt honorandus· ad idem tex· in· l·
reſtituende· in fi· C· de aduo· diuer· iudi· ubi ſic dicit qui a
nobis digni iudicati ſunt hij m̄lto mag in anterioribus quo
qꝫ iudicandi ſunt· pro hoc tex· in· l· fi· ff· de albo ſcrib· qui
uult ꝙ nomina anteſcribi oportet qui dignitates princi/
pis iudicio ſunt cōſecuti· et not· glo· in· c· per tuas· ex̄· de

maio·et obe·facit quod not·glo·in dicta·l·reſtituende·
in fi·C·de aduo·diuer·iudi·et·l·quotiens·et qđ ibi not·
Pau·de caſt·C·ubi ſenatores uel clariſſimi·nam quãto
quis a maiori dignitatem ꝯſequitur tanto eſt maiorꝭ di/
gnitatis·ut·i·q·i·filium·et ibi glo ii·et probatur in·c·per
tua·et ibi not·per glo·et doct·ex̃·de maio·et obe·et no·
glo·xciii·di·dñs noſter·in·℣·elegit·et·xvii·d·concilia·in
℣·epũs·Accedat ad hoc illud uulgare·dñs uel ꝑnceps
facit imperitũ ſapientem humilẽ potentem et econtra ui/
deri·et ad hoc uide qđ dixi ſup̃ in·xvi·priuilegio dignita
tis·Suadet hoc ratio generalis et cõis·nam quis indu/
bio preſumitur dignus·l·cum quidam·ii·et ibi Bart·et
doct·ff·de leg·ii·et in·c·i·ex̃·de ſcruti·et ibi not·ꝑ doct·
et in·c·dudum·de preſump·ꝛ per Albri·de roſa·in·l·ſer
uos·ff·de manumiſſ·teſta·ad hoc etiam glo·in·c·cum in
iuuentute·in·i·glo·ex̃·de preſumpꝯ·et glo·in·c·ſtatutum·
in prin·in·℣·canonici·ad fi·de reſcrip·li·vi·Et hoc maxi
me uerum eſt cum gentilis fuerit ſenatui nõ incognitus·
exquo enim fuit electus preſumitur indubio eligenti notꝰ
ut probatur in au·ut iudices ſine quoquo ſuffragio·§·eos
℣·ideoq̃ licebit·coll·ii·et not·Bal·in·l·i·in fi·et de cõ
diꝯ·in orre·publi·li·x·Nam circa cognitos potius preſu
mitur quis dignus q̃ȝ indignus·ut ex̃·de preſump·dudũ
ita not·glo·fi·que omĩno eſt uidenda·ii·q·vii·querendũ·
Et quo ad plus eſt eo ipſo ꝙ aliquis eſt electus preſumi
tur eſſe melior alijs·ut·lix·di·c·i·et·xciiij·di·c·i·et·xl·di·
c·i·ita dicit glo·lxi·di·miramur·in·℣·pro laboribus·Eo
q̃ȝ maxime quia multum preſumitur pro illis qui a princi
pe ſunt electi·ut·C·de ſum·tri·et fide ca·in epl·liquet·in
fi·et in auten·ut iudices ſine quoquo ſuffragio·§·eos·℣·
quis enim nõ diligat·coll·ii·et not·An·de barulo·in·l·i·
C·de domeſt·et protect·li·xij·et probatur in·l·i·§·his cu
nabulis·ibi·credidit enim princeps·ff·de offi·prefect·pre
to·Preterea ꝙ quilibet miles et dux ſiue princeps mili
cie teneatur ſubeſſe Imperatori ac ei obedientiam exhi/
bere·probatur per apl̃um ad Romanos·xiij·ubi ſic dici/
tur·Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit
ut in·c·ſolite·in prin·ex̃·de maio·et obe·et in·c·omnis·de
cenſi·et·xi·q·ii·magnum·ubi eſt uidendum·et per Boni
facium·ix·in quadaȝ ſua extrauag·in prin·que incipit debẽt
quid ſic dicit·debent ſuperioribus ſuis reuerentiam ſubdi
ti et eis obedientiam exhibere·et probatur·xxiij·q·i·ſum
ma milicie laus·in fi·ubi Greg·ſcribendo uniuerſis mili/
tibus Neapolim eos cõmendat ꝙ magnificũ uirum Cõ
ſtantium tribunum cuſtodie ciuitas deputatuȝ preeſſe pa/
ruerint·et congruaȝ militaris deuotionis obedientiaȝ ex
hibuerint ac demonſtrauerint·et probatur expreſſe·xxiij·
di·quamq̃ȝ·ubi dicitur ꝙ debitum per omnia honorẽ at/
q̃ȝ obſequij reuerentiam preeminenti ſibi unuſquiſq̃ȝ de/
pendat iuxta illud pape Leonis edictuȝ·qui ſe ſcit aliqui
bus eſſe prepoſitum nõ moleſte ferat aliquem ſibi eſſe pre
latum ſed obedientiam quam exigit etiam ipſe depẽdat
et probatur in·c·lex eterna·et·c·ſi apud·e·q·v·ad quod
adde quod not·Bal in·c·i·in·ij·coll·circa prin·in ti·de
pace tenen·et in extrauagan·de pace conſtantie·in prin·
ii·coll·Rationes eteniȝ pro predictis etiam alie adduci
poſſunt·uidelicet qꝛ Imperator repreſentat perſonã prin
cipis uel ſenatus conſtituentis·ut·l·etiaȝ eos·ibi·qui ima
ginem principalis·C·de appel·et in·l·i·in fi·C·de offi·ui/
ca·ꝓfect·cum ſi·vnde cum ſuam perſonam repreſentet de
bent omnes parere ac ei reuerentiã exhibere·ut dicit tex·
in·d·l·i·in fi·ibi habeant poteſtatem·et ibi iudicatiõis no
ſtre ſolent repreſentare reuerentiã·et eſt tex·apertus xciii·
di·c·fi·precipimus·et ibi glo·ordi·de hoc·que omnino
eſt uidenda·ꝛ eſt glo·ij·in·c·cũ olim magiſter·ex̃·de offi·
dele·que dicit per·d·c·fi·ꝓcipimus·et per·c·i·xciiij·di·ꝙ
delegatos honorare debemus tanq̃ȝ ipſum delegantẽ·ut
not·Hoſt·in ſum·de maio·et obe·in·§·reuerentia debet
in fi·et not·Spe·in ti·de le·§·i·℣·honorandus aũt eſt le
gatus ubi et probatur in·c·ſane·ii·in prin·ex̃·de offi·dele
ga·et in·l·i·in·§·his cunabulis·ibi·credidit enim prĩceps
ff·de offi·prefect·preto·et quod not·glo·in·d·c·cũ olim
magiſter·in·℣·proprio motu·de offi·dele·facit totus ti·
C·de offi·qui ui·alte·ge·et maxime in·l·ii·que eſt fi·et in
dictis iuribus habetur ꝛ maxime in·d·c·fi·precipimus·ꝙ
omnis legatus eſt honorandus et plus et minus ſm locũ
illius cuius legatione fungitur·ꝛ ideo Legatus principis
maioris debet precedere legatum principis minoris·licȝ
ipſe ut priuatus eſſet inferior·ut probatur in·d·c·precipi/
mus·ubi eſt caſus·et in alijs iuribus ſup̃ allegaꝯ·et in·c·
ſi a ſede·de preben·li·vi·et in·c·i·et·ij·ex̃·de offic·deleg·
et·C·ut dignitatem ordo ſeruet in rubro ꝛ nigro·et facit
glo·in·l·reſtituta·C·de aduo·diuer·iudi·Propterea qđ
quid facit Imperator milicie uel precipit eius dominus
qui eum conſtituit facere ac precipere uidetur·ut probat
in·l·i·in·ij·col·ad fi·C·de uete·iur·enucli·ubi dicit Im/
perator·omnia eniȝ merito noſtro facimus quia ex nobis
omnis eius impartiet auctoritas·Et ſic Bart·gentili pa
rere tenetur·Sicuti illuſtriſſimum dñm venetoꝝ impera
ret·Hinc dicitur ſi honoro ſubdituȝ uideor honorare do
minum·ut not·An·de barulo et Jo·de platea in·l·fi·in
fi·per illum tex·C·de re·mili·li·xii·pro hoc illud Frede·
primi Imperatoris·nõ tibi ſed Petro·unde ex contra/
rio iniuria illi facta que repreſentat dñi perſonam dicitur
eſſe domino facta·ut eſt tex·ii·q·vij·accuſatio legis·in fi·
et circa me·ibi·qui nos ibi tangit pupillam oculi mei tan
git·ut ait dñs per prophetam·et not·glo·ij·in·c·ij·preſpi/
teri·ex̃·de penis·et·iij·q·i·nulli dubium·in fi·ibi·dominuȝ
crucifigunt·quoꝝ in ſacerdotibus ſuis preſentant·et no·
glo·ij·in·d·c·cum olim magiſter·ex̃·de offi·dele·facit·l·
quiſquis·in prin·C·ad·l·iul·maie·et inſtitu·de iniurijs·§·
ſeruis aũt·cum ſi·et ad predicta optime facit·c·tua nos·
in·℣·nõ nulli etiam coniuncto·℣·pretextu uero nequicie
ex̃·de deci·Alia ratio eſt quia quod principi placuit leg
habuit uigorem·ut inſti·de iur·natu·gen·et ciui·§·ſed qđ
principi·et·l·i·in prin·ff·de conſtitu·princi·vnde uidetur
bona ratio ita debet eſſe quia ſic placuit principi et ſic ſit
pro ratione uoluntas·ut probatur in·l·eleganter·§·ſi poſt
rem iudicatam·ff·de condi·inde·et ibi glo·in·℣·hoc eni
in prin·que dicit·bona ratio quia Imperator uoluit facit
ad hoc tex·inſti·qui·ex cau·manumit·nõ poſſ·in prin·ibi·
qꝛ lex ebeſcentia·et inſti·de uſucapi·§·furtiue·facit·l·qꝛ
poterat·et quod ibi not·ff·ad trebel·Et huius ratio eſt·
quia princeps legibus ſolutus eſt·l·princeps legibus·ff·de
de legi·et inſti·qui·mõis teſta·infir·in fi·et·l·digna uox·
C·de legi·facit·l·fiſcus·§·fi·ff·de iur·fiſ·cum ſi·¶ Po/
tuit etiam eſſe tertia rõ·qꝛ erat forte gentilis formoſior ſi
ue pulchrior Bartho·coliono·Nam formoſior indubio
potius eſt eligendus·dicit enim Phus·i·politic·ubi ſi q
tantum fuerint differentes corpore ſolumq̃ȝ deorum ima
gines ſeu d fectuoſitatis homines dicent dignos ſeruire
alijs·q̃ſi diceret ꝙ deformes deberent alijs ſeruire·Iteȝ
dicit Porphirius ꝙ Priamus propter ſui formoſitatẽ
fuit dignus Imperio·vnde de eo dicitur·facies Pria
mi digna eſt imperio·circa quod uideatur quod dixi ſup̃
de auctoritate Imperatoris quomodo acquirat in prin·
Ad quod facit quod not·Bal·in prima conſti·ffeoꝝ·§·
ſed cum nos·in ulti·col·in prin·ibi·uel forte formoſior·
Item probatur hoc·Ille inter ceteros debet eligi cuius
aſpectus plus põt augmentare amorem in ſubditos et ti/

moreꝫ hoſtibus inducere·ſed ſi ſic eſt ꝙ gentilis ſit Bar·
pulchrior·et ſic poſſit magis placere ſuis inimicis·ergo·
de quo per Jo·bridani·i·politicoꝝ·q·ix· ¶ Quarta ra/
tio potuit eſſe·quia erat gentilis fortior et robuſtior ipſo
Batholomeo ut nõ nulli aſſerere uidebant·Nam ille in
dubio potius uidetur eligendus qui eſt fortior·cũ in Jm
peratore fortitudo etiam conſideranda ſit·ut dixi ſup̃ de
fortitudine et cõtemptu periculoꝝ· ergo nec eſt dubitan
dum ꝙ hoſtes magis timent Jmperatorem fortiſſimũ q̃ꝫ
alium·ergo iſte magis uidetur ydoneus ad bellandũ cõ
tra hoſtes·Hec tñ due proxime rationes facto minus for
te cõuenerint·qꝛ gentilis nec formoſior nec fortior a plu
ribus iudicatus eſt· ¶ Quinta ratio adducitur pro gen/
tili·Nam ipſe facilitate humanitate clementia Bartho
lomeo antecedebat·que omnia in Jmperatore cõſidera
ri debent·ut dixi ſup̃ de uirtute Jmperatoris ante fin· et
quomodo Jmperatoris auctoritas acquiratur·ergo·⁊c̃·
¶ Sexta ratio non eſt pretermittẽda meritum·ſ·uite gẽ
tilis·in eo enim fuit omnibus in rebus temperãtia et ſum
ma iuſticia unde non imerito ipſum ceteris anteponi fas
fuit·per ea que dixi de uirtute Jmperatoria circa fi·⁊ per
tex·beati Jheronimi qui transſumptiue habetur·viii·q·i·
ubi ſic pulchre et eleganter dicitur·Scire debemus prin
cipatum in populos non ſanguini deferendum ſed uite·
et probatur in·c·uenerabilis·℣ nos aũt·et ibi hoc notat
glo·i·et doct·ex̃·de preben·et infra dicam in reſponſione
ad nobilitatem· ¶ Septĩa ratio potiſſima ꝯſiderari põt·
quia forte gentilis fidelior apud ſenatum venetum habe/
batur·licet omnes alii fideles iudicarentur· Nam per h̃
merito debuit aliis de iure preferri preſertim cum regula
riter maxime his temporibus nulla fides pietaſqꝫ iuri qui
caſtra ſequũtur·Et ideo in primis in Jmperatore fides
conſideranda eſt·nihil enim eſt ſtabile quod infidum ſit·
ut dicit Tuli·in li·de amicicia·et not·Bal·in·c·i·in p̃n·
℣·quero quid eſt fides·in ti·de capi·corra·in uſi·feudoꝝ
et pro hoc eſt tex·in·l·proximos·in prin·ibi·ques fides·
C·de proxi·ſacro·ſcrine·li·xii·ubi arguendo ab ordine lit
tere prius fides conſideranda eſt· Deinde probitas atqꝫ
ſtrennuitas·quod argumentũ ab ordine uerboꝝ ualet· ut
probatur·xliij·di·ſit rector·in fi·et ibi hoc not· glo·in·℣·
promiſit·ubi Archi·et per glo·et Archi·lxiii·metropoli/
tano·ubi omnino uide·et per glo·in·℣ continue·i·q·i ut
euidenter·ad quod uide quod dixi in reſponſione ad di/
gnitatem·poſt medium·Et ꝙ fides ſit in primis in mili/
te conſideranda·probatur in·l·i·§·his cunabulis·℣· cre/
didit enim princeps·ibi·explorata eoꝝ fide·ff·de offi·pre
fect·preto·et in·c·ea que·§·tales aũt·ex̃· de ſtatu·mona·
ubi dicit·ꝙ ad agenda officia monaſterij deputentur qui
fideles ſunt·probatur·i·q·ij·c·fi·clerici·ibi·fideliter uigilã
terqꝫ·et manifeſte probat etiam·xxxiij·q·v·§·ipſis· et·c·
ſi apud·ubi dicitur ipſis principibus et poteſtatibus fidẽ
et reuerentiam ſeruari oportet quam qui nõ exhibuerit a
pud deuꝫ premia inuenari nõ poterit·in·d·c·ſi apud·dicit
ſic Hieronimus·Si apud carnales dños in minimis fide
les fuerint incipient eis apud dñm premia maiora cõmit/
ti· Preclara etenim uictus ſingulariſqꝫ gloria ſubditorũ
eſt fides qua uero princip: domino iuſtiſſimo ſemper ob/
ſeruantiſſimũ eſſe unumquẽqꝫ conuenit atqꝫ cõſueuit· Et
propterea ſenatus venetus dum ſubditos lr̃is ſuis cõme
morat· Eoſqꝫ plerũqꝫ fideles fideliſſimoſqꝫ nõ nunq̃ꝫ ap
pellat·et merito qdeꝫ honeſterioqꝫ nanqꝫ uocabulo mea
ſnĩa uti nõ põt·ut probatur in·c·i·in p̃n·ibi·q̃ꝫ a fidelibꝰ
Regni·in ti·de probi·feudi alie· per Fredericũ·et in·c·
i·in prin·ibi·quo circa omnium fidelium noſtroꝝ·in ti·de
probi·feu·alie·per Lotharium in uſi·feu·Unde ſcribitur
apud Xenophontem phũm cui fides deeſt eum magno
bono carere negari nõ põt·nulla familiaritas nullus uſus
nullus cõgreſſus poteſt eſſe utilis et iocundus abſqꝫ fide·
nec ſeruum quis nec clientem aſpicere poteſt ſi ſit infiduſ
Nihil profecto ut arbitror aut carius aut iocundius prin
cipi unq̃ꝫ eſſe poteſt q̃ꝫ ſubiectoꝝ fidelitas que nõ minus
ei grata ſemper extitit q̃ꝫ principis humanitas atqꝫ iuſti/
cia ſubditis ſolet exiſtere·Nam ſicut nil tam peculiare ẽ
Jmperialis maieſtatis q̃ꝫ humanitatis per quam ſolã dei
imitatio ſeruatur ut dicit Jmperator in·l·fi·in fi·C·de do
nat·inter uir·et uxo·ut eſt tex·cum glo·in·℣ imitari·in·l·
imperialis·in prin·C·de nupt·ubi dicitur etiam ꝙ in ſola
pietate principes poſſunt deo eſſe pares·et ꝙ ſola deos il
lis equat clemencia·ut habetur in auten·ut iudi·ſine quo
quo ſuffra·§·itaqꝫ·et ibi glo·col·ii·et dixi ſup̃ quomodo
acquirtaur auctoritas·Et ſicut regum eſt proprium face
re iudicium atqꝫ iuſticiam·ut ſcribitur per Jheremiã·vii·
et habetur·xxiij·q·v·regum eſt ſit nihil tam propriũ tanq̃ꝫ
peculiare ſubditoꝝ eſſe aut excogitari poteſt q̃ꝫ erga do/
minos ſincera fides integerrima· Oſtenditurqꝫ etiam ſic
ꝙ in Jmperatore cõſtituendo conſiderari fides debeat·
Nam ille qui non eſt fidelis eſt peruerſus et inimicus qui
cuꝫ corpore nobiſcũ eſſe uidetur·mente uero et animo cõ
tra nos eſt et eſt multo nequior hoſtis hic q̃ꝫ illi qui foꝛ
ſunt et euidenter inimici·hic enim per animaꝝ ſpeciem q̃
inimica ſunt gerit·Jta beatus Petrus princeps aploꝝ
in ordinatione Clementis alloquens populum ait· ut eſt
tex·not·xciij·di·ſi inimicus·vnde dicit ibi glo· ſm Boe
cium ꝙ nulla peſtis eſt efficacior ad nocendum q̃ꝫ famili
aris inimicus·ar·C·de donat·l·lata alias data·et ibi etiã
glo·et not·glo·in·l·i·in prin·ff·ad ſill· Et ideo ait Cice/
ro·nulle ſunt occultiores inſidie q̃ꝫ hee que latent in ſimi
litudine officij·et Oracius·fallit enim uicium ſpecie uir/
tutis et umbra·vnde uerſus· Non eſt deterior hoſtis q̃ꝫ
fidus amicus Nec odium grauius q̃ꝫ ſimulatus amor·fa
cit·i·q·i·ut euidenter·et·xxiiij·q·ulti·de illis·xi q·iij·noli
te·in fi·Et iſti tales ſunt ſicut imperamuſ·Serpens i gre
mio in ſinu ignis qui male ſuos remunerat hoſpites· Jõ
in prouerbijs dicitur·qui ſerpentem in ſinu nutrit percuti
etur ab eo·xiij·q·i·§·quibus alias·c·ad hec·vnde Aug·
ait· Malum eſt cadere a propoſito·peius eſt diſſimulare
propoſitum·xij·q·i·certe hac ratione·in policrato ſcribit
Tria fecerunt Romanos eſſe gentium uictores ſcientia
exercitatio et fides· poſtremo ꝙ fides ante omnia ſit in
militibus ⁊ in Jmperatore cõſideranda·probatur ultra p̃
dicta in·l·i·C·de condit·in orre·publi·li·x·ibi·fidelis· et
ibi Bar·et Jo·de platea ad quod uide Bal·in·l·ex di/
ui·C·locati·et quod dixi in·xxv·priuilegio nobilitatis·et
probatur in·l·i·in prin·ibi·probate etiam artis et fidei·ff·
de uentre inſpi·Et ideo dicit Vegecius in·v·c·ſecundi
li·de re militari·deo enim uel priuatus uel militaris ſeruit
cum fideliter eum diligit qui deo regnat auctore· et pro
batur per tex·ubi caſus·l·di· fidelior· ubi per Beatum
Ambro·ſcribitur ꝙ idem Petrus tenendum gregeꝫ ⁊
eccleſiarum regimen accepit·quia fidelior aliis fuit· Ex
quo ſatis percipi poteſt ꝙ ille qui eſt fidelior preeſſe de/
bet et alioſ regere·ad quod uide quod uide quod dixi in
reſponſione ad dignitatem·poſt medium probatur etiam
in·l·i·circa prin·ibi·fideliſſimoſqꝫ ꝯmilitoneſ·ff·de teſta·
mili·et ibi Ang·et probatur in probe·inſti·in·§·cumqꝫ h̃
deo·in fi·cum glo·que colligit ex illo tex· ꝙ tria requi/
runtur in legum conditoriqus ſiue reformatoribus·ſ·ſo/
lercia ſciencia et fides·que etiam in Jmperatore belli re
quiruntur·facit ad hoc tex·C·de no·codi·confir·in·§·ele
ctis uiris·et in·l·i·circa prin·ibi·ob inſignem fidem·ff·de

cenſi·huic, Seneca dixit·ii·tragedia·ubi non pudor nec
cura iuris ſanctitas pietas fides·inſtabile regnum eſt·Et
hac potiſſima ratione ſereniſſimum ducale dominum ve/
netorum gentilem leoniſſam ſuum generalem totius ex/
ercitus gubernatorem nõ immerito cõſtituit· ¶ Hec au
tem fides et infidelitas maxime preſumi poteſt ex digni/
tate et bonis moribus·ut not·glo·in·l·ii·ff·de teſti· et ibi
Bar·et doct·et not·Bar·in·l·ſuſpectum·ff· de ſuſpect·
tuto·in fi·qui dicit ꝙ fidelitas preſumitur ex bonis prece
dentibus·facit·l·nõ omnis·§·a barbaris·et quod ibi no·
ff·de re·mili· ¶ Item ex amicicia uel inimicicia·ut·xciii·
di·ſi inimico·et in Eccleſiaſtico legitur·c·xii·non credas
inimico tuo ineternum·et glo·not·in dicto·c·ſi inimicus·
dicit ꝙ eo ipſo quis ſit ſuſpectus qui eſt inimicoꝝ ami/
cus·ut·iij·q·v·c·iij·et probatur in·l·liberi·C·de inoffi·te/
ſta·et not·Bar·in·l·ſciendum·§·accuſatio·ff· de legati·
qui dicit per illum tex·ꝙ nõ ſolum inimicus eſt ſuſpectus
ſed etiam amicus uel domeſticus·inimici·Vel ſi conuer
ſatur cum inimicis ut eſt tex·in·c·cum oporteatur· extra·
de accuſa·Quod intelligo etiam imittendo nuncium uł
litteras·ar·l·i·et quod ibi not·Bar·in fi·ff·ad le·iuł·ma
ieſta·et glo·in·℣·litteris·in cle·ii· ſummus pontifex· de
ſenten·excõi· ¶ Item preſumi poteſt infidelitas ex auari
cia·Nam quid nõ mortalia pretoria cogis auri ſacra fa
mes·intelligendo uerbum quid id eſt ad quid·ut eſt tex·
in·l·ſi quemq̃ȝ·C·de epiſ·et cle·Auaricia enim eſt cauſa
omnium malorum·ut dicit Imperator in auten·ut iudi/
ces ſine quoquo ſuffragio·§·cogitatio·ad fi· poſt unam·
col·ii·col·et eſt tex·et ibi glo·et doct·i·c·nam et ꝯcupiſ
cenciam·extra·de cõſtitutio·Unde beatus Paulus ad
Thimoteum ait·Radix omniuȝ malorum eſt cupiditas
ut dicit Gregorius ſecundum eundem paſſum Pauli·
xlix·di·hinc eteniȝ·ante fi·et·xxiii·di·hos igitur·ibi·amo
re pecunie·et de pe·di·i·c·quia radix·Et ita tenet Sa
luſtius in catalinario circa princi·ubi dicit·ꝙ pecunie ac
imperij cupido quaſi materies omniuȝ malorum fuere·
Namq̃ȝ auaricia fidem probitatem ceteraſq̃ȝ artes bo/
nas ſubuertit·pro his ſuperbiam crudelitatem deos ne/
gligere omnia uenalia habere edocuit·Ad quod uidea/
tur And·de barulo in·l·i·C·de ſuperexactor·libro·x·Et
hec fides non ſolum per Imperatorem principi ſeruãda
eſt ſed etiam ſocijs et hoſtibus ſecundum Petrarcham
in dicta Epiſtola ad Luchinum a verme· licet dicat ꝙ
non nulli ſunt qui ut ita dixerim per fas et nephas ſibi ex
iſtimant hoſtem fallere Virgilio freti duȝ ait Dolus an
uirtus quis in hoſte requirat·Quod ipſum nõ poete gra
uiſſimi ſed adoleſcentis ore dicitur·Ego autem hec iuri
bus comprobo ꝙ ſit ſeruanda principi ſatis oſtenſum eſt·
Socijs·i·confederatis ſeruandam eſſe fidem· probatur
in·l·non dubito·ff·de capti·hoſti·non minus fidem ſerua
ri oportere·probatur in·l·poſt liminij ius·ff·de capti· ubi
loquitur de·M·regulo qui iurauerat ſe Cartaginem re/
uerſurum·et ꝙ hoſti ſit fides ſeruanda eſt tex·⁊ glo·xxiii·
q·i·noli eſtiare ⁊·xi q·i·iter uerba·in·℣·cũ illis·q̃ incipit
ar·ꝙ fides·lȝ ſit in ꝯtrium gl·xxiii·q·viij·et pride in·℣·ad
orſo·et ita tenet Albri· de roſato·in·l·i·C· de conſti pe
cunia·de quo per doct·in·l·i·§·i·ff·de dolo·et per Bar·
et docto·in·l·is qui reus·ff·de publi·iudi· et per Bal·in
l·i·in·v·col·C·ſi a non compen·iudice·et per dominũ me
um dñm Ang·de arecio inſti·de actio·§·preterea quaſ/
dam in materia doli·Qui aũt hanc fidem nõ obſeruaue
rint eos grauiſſimis penis afficiendos eſſe plurima teſtan
tur exempla·quouiam ut inquit Vulpianus iuriſcõſultus
in·l·i·in prin·ff·de conſtituta pecu·graue eſt fidem fallere
Nam de iure ciuili proditores et tranſfuge plerumq̃ȝ ca

pite puniuntur·quia pro hoſte non pro milite habentur·ut
eſt tex·in·i·proditores·ff·de re miti·et hoc de militibus
Nam ſi priuatus ad hoſtem confugeret ⁊ poſtea rediret
torqueretur et ad beſtias uel in furcam damnaretur· Et
uolens aufugere ſi apprehendatur capite puniatur· ut eſt
caſus in·l·iij·deſertorem·§·is qui ad hoſtem·ff·de re·mi
li·et circa hoc uideatur omnino tex·in·l·nõ omnis·in pn
cipio·et per totam·l·eo·ti· Polybius auctor ſcribit de/
cem uiros poſt Canenſem pugnam ab Hanibale ad ſena
tum iureiurando miſſos in caſtra redituroſ·niſi de redimẽ
dis captiuis impetraſſent· ¶ In primis ex decem illis q
nobiliſſimi erant nouem reuertiſſe·vnum qui paulo egre/
ſſus e caſtris rediſſet quaſi aliquid eſſet oblitus remanſiſſe
Rome·reditu enim in caſtra ſe liberatum iureiurando e/
ſſe interpretabatur·ſed illum Senatus decreuit ut uetera
tur ille et callidus uinctus duceretur ad Hanibalem·dix
erunt tamen aliqui et plures numero eos qui ad Haniba
lem non rediſſent uſq̃ȝ adeo inteſtabiles inuiſoſq̃ȝ fuiſſe
ut tedium uite ceperint·necemq̃ȝ ſibi conſciuerint·Tuli/
us hoſtilius cum fidenatos et uenientes uictoria fudiſſet·
et in eo bello Metius ſuffecius albanorum Imperator
contra federa in Romanos perfidiam temtaſſent·uocata
omnium contione oratione habita qua proditorem Al/
banorum aperuit·Tandem ad metium conuerſus Tuli
us·tum Meti ſuffeti inquit·ſi ipſe diſcere poſſes fideȝ ac
federa ſeruare uiuo tibi ea diſciplina a me adhibita eſſet
Nunc quia tuum inſanabile eſt ingenium·tu tuo ſuppli/
cio doce humanum genus ea ſancta credere que uiolata
ſunt·Ut igitur paulo ante inter fidenatem ad Romanã
rempubli·ancipitem geſſiſti·ita iam corpus paſſim diſtra/
hendum dabis·exinde duabus admonitis quadrigis in
curru earum diſtentum alligat metium·deinde in diuer/
ſum iter equi concitati lacerum in utroq̃ȝ curru corpus q̃
inheſerant uinculis membra portarunt· ¶ Noſtris uero
temporibus militi ſiue milicie duci qui ſuo principi aut
Imperatori fidem non ſeruauerint·ſiue aufugiendo falle
re temtauerint captis in gutture ſupplicium·Ultimum fu
gitiuis autem pictura in fero pede ſuſpendis infamia pro
ſupplicio eſſe cõſueuit·Contra hos etiam ham naſieri ſo
lent quibus merceſ magna eos interficientibus maior au
tem uiuos capientibus dari pollicentur· Et ideo ſcribit
Dantes in·xi·c·Inferni eos qui fide non ſeruata decipi
unt in profundo inferni collocatos exiſtere ·ubi eſt uiden
dum·⁊ in·xviii·eiuſdem inferni ſic de Iaſone ſcripſit·
¶ El bono maiſtro Seneca mia dimanda·mi diſſe guar
da quel grande che ueue e per dolor nõ par lacrima ſpã
da·Quanto aſpeto reale ancora tiene·Quelli e Giaſon
repertuor e perſeno li cole hi delmonton priuati fene·El
lo paſſo per li ſola de lẽno poi che lardite femine ſpiatate
tuti li maſchi loro a morto dieno·Iui cum ſegnie con pa
role ornate yſiphyle ingano lagio ueneta Re tutte le al/
tre prima auea inganate lo ſola qui grauida ſoleta Tal
colpa a tal martiro lui condãna e anche dimedea ſe fauẽ
deta·Poſtremo et ſi non nulla in ipſo gentile Impera/
tore deſiderari potuiſſent·Tamen ex quo fuit ab his ele/
ctus qui diſpenſare poterant dum electio facta eſt ſciẽter
de ipſo uidetur cum eo diſpenſatum eſſe· ut probatur in·
l·quidam conſulebant·in fi·et ibi glo·Bart·et docto·ff·
de re iudi·et not·glo·fi·in·c·unico·de eta·et quali·li·vi·
et ibi per docto·et habetur per glo·et docto· et maxime
per Io·and·in·c·fraternitatis·extra·de ſciſma·et per gl·
li·di·qui in aliquo in glo·magna·et per Inno·in·c·ueni/
ens·extra·de filiis preſpite·et not·Specu·in ti· de diſpẽ
ſationibus·§·ſunt quoq̃ȝ·circa finem·et not·Bar·in·l·ii·
C·ſi ſeruus uel libertus ad decurionatum aſpirauerit·li·x·

Et quod fuerit electus ab eo qui potuit cum ipſo diſpen
ſare patet·quia electus fuit a Senatu veneto qui ſuperi/
orem non recognoſcit·iuxta no·per Bar·in·l·hoſtes·ff·
de captiuis·et not·Bal·in Rubrica·ff· de re·diuiſio·in·
ii·col'·ante fi·et Jaco·de aluarotis in·c·i·in·xvi·col'·Poſi·
quero quid de duce Venetorꝫ·in ti·quis dicatur dux
marchio·in uſi feudoꝝ·et ita etiam uidemus de facto e/
ſſe·Et idem eſſet dicendꝫ etiam ſi ſuperiorem recogno
ſceret·quia quantum ad hoc haberet poteſtatem diſpen
ſandi et ualeret quod per ipſum factum fuiſſet· ut notat
Ang·in dicta·l·quidam conſulebāt·ff·de re·iudi·et ibi e
tiam per docto·¶Concludit' itaqꝫ ex predictis ꝙ Bar
tholomeus Colionus tenebatur ſubeſſe Imperatori ſiue
Gubernatori gentili a Venetis conſtituto qui repreſen
tabat perſonam dominii ſiue Senatus veneti·et ei obe/
dientiam exhibere de iure abnegare non potuit·nec iudi
cabitur fuiſſe ſibi graue atqꝫ indignꝫ·ex quo principis lo
co fuit·ut dixi·et probatur·xciii·di·per totum et maxime
in prin·et in·c·a ſubdiacono·cum ſimilibus ſupra allegatis
¶Que obedientia conſiſtit in reuerentia exhibenda·et
in mandato ſuſcipiendo·et in iudicio ſubeundo·Et dicta
reuerentia conſiſtit in hoc ut ipſe Bartholomeus Colio
nus ut minor aſſurgat Imperatori maiori et det ei primū
locum in ſedendo ſtando et eundo·ut not·glo·notabilis
xciii·di·in ſumma·et not·per Goffre·in ſumma in ti·de
maiorita·et obe·in·§·reuerentia debetur· Et q̄uis Bar
tholomeus omni ex cauſa maior diceretur· Tamē quia
Imperator eſt maior adminiſtratione ſibi cōmiſſa·ſcilicꝫ
gubernatione generali exercitus et repreſentat perſonaꝫ
principis ei reuerentiam et obedientiam preſtare debuit
per predicta·ut not·glo·not·xciii·di·in ſumma que dicit·
ꝙ minori cui maior adminiſtratio eſt cōmiſſa debetur re
uerentia et obedientia ab ipſo maiore· Unde Archipre
ſpiter uel preſpiter Archidiacono debet reuerentiam·li/
cet ordine maior ſit ratione adminiſtrationis·xxv·di·c·i·
hac conſideratione·Quandoqꝫ preſpiter tenetur obedi
re Dyacono prelato·ut ibi·et not·glo·fi·in·c·ſtatuimus
extra·de maiorita·et obe· ¶Et ex hijs colligi poteſt ꝙ
nō obſtant rationes et cauſe ſupra pro Bartholomeo Co
liono deducte·Et licet plures rationes auctoritates ⁊ ar
gumenta pro prima parte Bartholomei deduxerim que
fortaſſe non nullis preualere ratione pluritatis uiderentur
ar·glo·penulti·in uerbo nobis·ibi·et rationes plures red
dentis·in·l·qui filium·§·ſabinus·ff· ad trebell'· Et quod
not·glo·xiii·di·duo mala·in glo· fi·que dicit ꝙ pro illo
potius eſt uidendum·pro quo plures rationes faciunt·ut
extra·de probatio·licet·in fi·et probatur·xxiii·q·vi·uideſ
et·xxviii·di·de ſiracuſane·et extra·de iure patro·ſugeſtꝫ
cum ſimilibus·et facit tex·⁊ quod ibi not·in auten·de cō
ſangui·et uterinis·§·i·col'·vi·vbi dicitur ꝙ due rationes
uincunt unam·Tamen non incongruum uidetur ꝙ ratio
nes et auctoritates alique pluribus quandoqꝫ preualeant
ut probatur in·l·i·§·ſed neqꝫ ex multitudine·C· de uete·
iure enucli·ubi dicitur ꝙ ex multitudine auctorum nō eſt
iudicandum quod melius et equius ſit cum poſſit forſan
unius et deterioris ſententia multas maiores in aliqua p
te ſuperare·ut etiam dicetur ſtatim·in reſponſione ad eta
tem·et probatur in·l·penulti·C·de condi·indebi·ubi Im
perator ponit ſententiam Vlpiani qui ſentit cum Mar
cellio et Celſo et opinionem Papiniani et Iuliani· Et
horum duorum tantum ſententiam ſequitur Imperator·
et non aliorum trium·ut·l·i·§·i·ff·de ꝯtrahen·emptio·ad
hoc adduci poteſt ibi enim dubitabatur· ſi ego tibi dedi
togam ut timeam acciperem an ſit emptio uel permuta/
tio·Sabinus et Caſſius emptionem et venditionem pu/
tabant·et teſte Homero·utebantur nerua et Proculus
permutationem non emptionem dicebant·nec aliquo ar
gumento uel teſte uſi ſunt et tamen eorum ſententia pre
ualuit· quia dicit ibi Paulus iuriſconſultus ꝙ nerue et
proculi ſententia uerior eſt·et ita tenet glo·nota·in·c·i·in
prin·quod incipit·domino guerram·in prima glo·in pn·
in titulo·hic finitur lex incipiunt conſuetudines regni· in
uſibus feudoꝝ·et eſt glo·in terminis·inſti· de adoptio·§·
ſi uero pater·in uerbo iura·que dicit ꝙ licet due rationes
plus ualeant q̄ꝫ una·in·§·i·in auten·de conſangui·et ute·
et·l·fi·C·de edicto di·adri·tol· Tn̄ ſecus eſt quādo una
eſſet melior duabus ut colligitur·ff·de inoffi·teſta·l·nam
et ſi parentibus·Ad hoc etiam eſt optimus tex·in·l· ob
carmen·§·fi·ff·de teſti·dum dicit·non enim ad multitudi
nem reſpici oportet ſed ad ſinceram teſtimoniorum fideꝫ
et teſtimonia quibus potius lux ueritatis aſſiſtit·Ad glo·
l·qui filium·§·ſabinus·ff·ad trebel' ſimilibus poteſt etiam
reſponderi ꝙ procedat quando ſumus in dubio nec appa
ret deciſio·tunc regulariter in dubio plures rationes et au
ctoritates preualere iudicandum eſt·Secus ſi eſt deciſꝫ
quia tunc attendi non debet que ſint plures rationes per
predicta·Et ideo cum rationes et auctoritates pro Im/
peratore deducte ualidiores ſint et pro eis concludatur
contra Bartholomeꝫ·ſequitur ꝙ aliud querendum nō
eſt·Nec partem hanc pro gentili ut breuioreꝫ aliqua re
prehenſione dignam putandum exiſtimaui·cum ſatis om
nibus rationibus et cauſis Bartholomei breuiter reſpō
ſum eſſe uideatur·¶Sed ſingulariter omnibus etiaꝫ re
ſponderi poteſt·Nam dum dicitur de etate que eſt uene
randa et anteponenda ⁊ de eis priuilegijs procedit in du
bio ceteris paribus·Sed ubi eſt certum de qualitate per
ſone non attenditur ſenectus uel iuuentus·ut·l·fi·ff· de fi·
inſtrumen·et·l·ob carmen·§·ſi teſtes·ff·de teſtibus·ita di
cit Albri·de roſato in·l·cum quid·in ulti·carta in princi·
ꝓ·denuo·glo·colligit argumenta·ff·ſi cer·peta·qui dicit
ꝙ ita cōmuniter tenent docto·et idem tenet in·l·ii· de o
fficio magiſtri officioꝝ·ſoluendo contraria· dicit ꝙ ſola
antiquitas non eſt cauſa prelationis·ſed in dubio bene p̄
mitur pro antiquioribus ꝙ ſint magis ydonei·Sed ſi cō
trarium apparet ſcilicet iuniorem magis ydoneum non
prohibetur antiquiori preferri· et hoc colligitur ex glo·c·
ulti·xvii·di·et·c·ſi officia·lix·di·et facit quod notat· per
Goff·in ſumma de officio cuſtodis·et quod dicā in xxiij·
concluſione·Cum ergo hic conſtet de qualitate perſone
electi qui eſt magis gratus principi· et maior in eo fides
apud principem habetur non eſt conſideranda etas· Et
hac ratione non erat tempus quo milicie exercuit·conſi/
derandum preſertim cum neqꝫ cam ut ſcribitur in Cato
ne maiore neqꝫ ruge repente auctoritatem afferre poſſint
ſed honeſte acta ſuperior etas fructus capiat auctoritateſ
extremoſ·Vel aliter poteſt dici uidelicet ꝙ inter iam or
dinatos preferantur antiquiores ſeu prius ordinati in aſ
ſumendo ſuperiorem gradum et in alijs honoribus·ut·l·
fi·C·de offi·prefect·urbis·et·l·i·eodem ti·et·C·de offic·
magiſtri offic·l·ii·nemo·et·C·de offi·recto·prouin· poti·
et·l·i·et·ii·ff·de albo ſcriben·et in·l·i·et·ii·C· ut digniẜ·
ordo ſeruetur·libro·xii·cum ſimilibus· Sed inter ordinā
dos ad prelaturam uel dignitatem preferantur dignio/
res meritis et ſcientia·et non antiquiores·ut·l·i·C·de o/
fficio magiſtri officioꝝ·ita dicit Albri·de roſato ſecun/
dum Jaco·de bel·in·l·fi·C·de offi·prefect·urbis· Po/
teſt etiam dici ꝙ dignior ratione dignitatiſ quam habet
prefertur ſeniori·ut in auten·de monachis·§·fi·Item pre
fertur ratione maioris uirtutis iuxta no·in·l·gallus·in pn
cipio·ff·de liberis et poſtu· ita dicit Pau· de caſtro in

dicta·l·cum quid·ff ſi cer·peta·Nam quāto iuniores tā/
to perſpicatiores·ut dicit glo·in dicta·l·gallus·in princ·
in uerbo ſi filius·ad fi·et probatur inſti·de donatio·§·eſt
et aliud·in principio·et in·l·potioris·ibi·et ſi minor iudex
C·de officio rectorꝫ·prouin·Nec enim eſt abſonum ꝙ re
ueletur quandoqꝫ minori quod maior neſcit·ut·xcv·di·e
ſto ſubditus·in fi·et·xxiiij·q·iii·ſi habes·et ibi hoc notat
glo·in uerbo ſenex enim·in fi·et idem probatur in·c·ad
noſtram·et ibi hoc not·glo·in uerbo inſpicientibus·extra
de conſuetudine·ad quod adde quod ſtatim dicetur·
¶ Eadem reſponſio tempori nō immerito conuenit que
iam etati tradita eſt·Nam cum ex una uel eadem ratio/
ne cauſentur neceſſe eſt ut una etiam lege uel cauſa tollā
tur·ut probatur in·l·fi in fi·C·de nuptꝫ·et quia ubi eſt ea
dem ratio ibi et idem ius eſſe debet·ut·l·a ticio·ff·de uer
bo·obli·et·l·illud·in fi ff·ad le·aequil·cum ſimilibus·
¶ Reſponderi tamen poteſt in ſpecie maxime ad id qꝺ
dicitur·ꝙ preferri debet ille qui longiori tempore ſtipen/
dia meruit·Nam illud procedit indubio quia preſumitur
magis peritus·poſſet tamen contrarium eſſe quia non ſe
quitur de neceſſitate·hoc quis diu militauit·ergo eſt
peritus in arte militari·Sicuti dicitur·non ſufficit diu ſtu
duiſſe ſed bene·non ſequitur quis eſt in ſtudio ergo ſtu/
det·Aliud eſt enim ſtudere aliud eſt in ſtudio·ut·l·ſi quiſ
antea·ff·de acquiren·poſſ·et ibi hoc not·Nec ſufficit ie/
roſolimis fuiſſe ſed Jeroſolimis bene uixiſſe laudandum
ut eſt tex·in·c·gloria epiſcopi·xii·q·ii·et no·glo·in·l·uni
cuiqꝫ·C·de proxi·ſacrorꝫ·li·xii·et dixi ſupra de uirtute·
ubi eſt uidendum·Multi namqꝫ breuiori tempore in re
militari quadoqꝫ plura perficiunt q̄ hij qui diucius mili/
tauerint·Sicut ſcribitur per Juſtinum li·xii·ad fi·de Al
lexandro qui menſe uno et annis tribus et triginta natus
deceſſit·uir ſupra humanam potentie magnitudine animi
preditus·hic Darium uicit eo tempore quo nil Caius
ceſar fecerat·Et ideo dicitur qui ceſar ymagine Alexan
dri magni uiſa lacrimans dixit·huius etatis Alexander
Darium uicerat·ego autem nihil hactenus feci·¶ Et
quod dixi ꝙ ratione originis ſiue nationis quis preſumi
tur melior·ut·l·quod ſi nolit·§·qui mancipia·et quod ibi
not·ff·de edili·edict·intelligitur preſumptione iuris·Ta/
men poſſet eſſe contrarium·ymo ſepiſſime hoc euenit ut
filij parentum ueſtigia non ſequantur·ut ſcribitur per Dan
tem aligerium·vii·paradiſi cap·Rare uolte reſurzo per li
rami lumana probitade e queſto uole quel che la da per
che dalui ſe chiame·et in ſequenti capitulo dicitur·Na/
tura zenerato al ſuo camino ſimil farebe ſempre al zenra/
te Se non uenceſſe il prouider diuino·Unde dicitur ꝙ
dum quis laudabiliter exequitur officium ſuum ex ſuper/
habundanti requiritur ſue notio nationis·ut eſt tex·in·c·
cum deputati·et ibi glo·et doct·extra·de iudicijs·et no·
glo·i·magna in uerbo uoluimus eſſe potiores·in·c·ſtatui
mus·extra·de maio·et obe·Et ideo dicit glo·lvi·di·nū
quam·per illum tex·ꝙ ille qui natus eſt ex parentibus pr
ſus extraneis a uirtutibus·dum tamē ipſe ſit bonus is me
lior eſt q̄ ille qui eſt natus ex bonis parentibus·licet ipſe
etiam ſit bonus quod eſt mirabile·ꝛ pro hoc eſt glo·l·di·
fidelior·et·lxiii·di·nunc ergo·in glo·magna·ad fi·et per
Ludouicum de Roma in·cccccv·ſingulari·in ordine
meo quod incipit·pono tibi nouum genus queſiti·ymo
plus nati ex ſacerdotibus quos morum honeſtas cōmen
dabiles fecit non ſolum ſacerdotes ſed ſummi ſacerdo/
tes fieri poſſunt·Felix enim tertius natione Romanus
ex patre Felici preſpitero fuit·Jtem Gelaſius natione
afer ex patre Ualerio epiſcopo natus eſt·Jtem Agapi/
tus natiōe Romanus ex patre Jordiano preſpitero or

ginem duxit·Quamplures etiam alij inueniuntur qui de
ſacerdotibus nati apoſtolici ſede prefuerūt·ut dicit Ur/
banus ſecundus in·c·i·§·i·ſed intelligendum·lvi·di·Sic
etiam eſt dicendum in militibus ut nati ex damnato coi
tu poſſint eligi et conſtitui duces et Jmperares dummo/
do ſint uirtute preſtantes·Licet Bonifacius martir di/
cat prolem ſuperiorum non eſſe honorabilem hominibus
nec deo amabilem in bello ſeculare pene nomine·in·ii·
col·ad fi·Et quamuis ſit etiam melius unum de patria uel
prouincia principis eligere·Tamen ſi eligitur alius ualet
electio·ut not·glo·magna in·c·inter canonicoſ·et ibi per
docto·extra·de elect·et not·glo·in·c·cum dil·ecti filij co·
ti·et not·glo·magna in uerbo preſtantior·ad fi·viii·q·i·
licet·et glo·ordinaria·lxi·di·nullis inuitis·in glo·ii·que
omnino eſt uidenda circa hoc·Et hoc maxime procedit
quando in loco eſt cōſuetudo uel ſtatutum ꝙ illi qui ſunt
de ciuitate uel prouincia uel Regno domini non eligan/
tur·ut dixi ſupra de natione·in fi·¶ Nec propter nobili
tatem generis Bartholomeus Colinuſ iuſte recuſat ſub
Jmperatore militare·Nam ignobilitas non eſt mala·
nec in malorum ſorte numeranda·ut dicit beatus Am/
broſius in exameron in tractatu primi diei·et habetur trā
ſumptiue·xv·q·i·illa·in fi·Sed qui meruit ſua uirtute no
bilitatem magis dicitur nobilis q̄ ille qui deſcendit ex
genere nobili·cum ex genere non ſit aliquis nobilis niſi
preſumptione·ut·l·qui ſi nolit·§·qui mancipia·et ibi hoc
etiam dixi·ff·de edili·edict·ymo plus cōmendari poteſt
quis in eo quod a ſe querit q̄ ꝙ a parentibus habuit·ut
ff·de capti·et poſt limi·reuerſ·l·ſi quis in bello·et ibi glo·
et ita not·dominus meus dn̄s Jaco·de aluarotis in·c·i·in
ulti·carta in prin·ꝟ·quero quis dicatur magis nobilis·in
ti·quis dicatur dux comes et marchio·in uſi·feudo·hinc
dixit·T·contra Saluſtius·Sacius etenim eſt me·meis
geſtis florere q̄ maiorū opinione niti·et ita uiuere ut ſim
poſteris meis nobilitatis inicium et uirtutis exemplū·ita
not·Jo·and·in·c·uenerabiliſ·extra·de preben·in nouella
Et in Jugurtino in oratione quam Marius ad Sena/
tum habuit·ita legitur nobilitatem certe peperiſſe melius
eſt q̄ acceptam corrupiſſe maiorum gloria quaſi poſteris
lumen eſt·neqꝫ bona neqꝫ mala eorum in occulto patit·
Et pro hoc adducitur·c·uenerabilis·extra·de prebē·ubi
dicitur not·ꝙ non generis ſed uirtutum nobilitas uiteqꝫ
honeſtas gratum deo faciunt et ydoneum ſeruitorem·et
ibi glo·Bernhardi dicit ꝙ non ſanguini ſed uite meritis
beneficia ſunt conferenda·per illum tex·et per·c·Moy/
ſes·viii·q·i·ubi eſt tex·apertus·et uide per docto·in dicto
c·uenerabilis·et dixi plenius in ſexta ratione pro Jmpe/
ratore·Et ideo propter hoc Ulpianus iuriſconſultus
nobilis appellatur·ut·l·ii·§·fi·in fi·§·de excuſa·tuto·ymo
etiam nobiliſſimus·ut·l·diximus·in fi·eo·ti·ut dixi ſupra
de nobilitate·Unde Juuenalis Satirus dixit·Malo
pater tibi ſit Therſites dummodo tu ſis Eacide ſimi/
lis vulcaneaſqꝫ arma capeſtas·Quam te herſite ſimilem
producat Achilles·ut not·glo·lvi·di·c·undecumqꝫ·ꝛ fa
cit tex et quod ibi not·glo·in·c·ſequenti·nunq̄·eadē di·
Et alio in loco dixit idem·Stemmata quid faciunt qd
prodeſt pontice longo ſanguine cenſeri·ut not·glo·in·l·
ſtemmata·in prin·ff·de gradi·et alibi dicitur·nobilitas
ſola eſt animumqꝫ moribus ornat exaltare uelis ſi quos
inſignat honeſtas·quos ſublimet apex morum·licet am/
pla facultas et patrie deſit et gloria ſanguinis alti uirtus
nobilitat animum uirtute remotus migrat in exilium no/
bilitatis honor nobilitas animi ſola eſt atqꝫ unica uirtus·
Scribitur etiam de hoc ita·Si pater eſt adam ſi mater
cunctis et eua·cur non ergo ſumus nobilitate pares·

Deinde ſequitur· Degenerant homines uiciis fiuntq
minores exaltat uirtus nobilitatq uiroſ· facit ad hoc·l·p
uidendum·et ibi glo Cy·et docto·C·de poſtu·refert Jo
han·an·in·c·uenerabilis·extra·de preben·ꝙ in fine Mar
tiniane poſuit auctor hos uerſus
Nobilitas hominis mens eſt deitatis ymago·
Nobilitas hominis hominem releuare iacentem·
Nobilitas hominis mentem refrenare furentem·
Nobilitas hominis niſi turpia nulla timere·
Nobilitas hominis natura iura tenere·
Eſculanus poeta in·xii·c·ſecundi libri·nobilitatez in uir
tute conſiſtere affirmat dicens· E gentileza de uirtu for/
ma quello e gentile che per perſi ſa ualere e non per ſan
gue dele antiche gente homo diſpeſto in lui e naturale
el cogſegnir del gentil uolere non per richeza chel e ac/
cidentale lomo e gentil quante uirtu in lui Tutti lialtri
penſeri ſon uani che anticha gente facia buono altrui·
Reperiuntur quoq huiuſmodi uerſus notabiles· Nobi
litate quid antiqua facit ſpectata parentu· Magnanimi
quid fama patris· Si natus iniquo more trahit uitam·
Si ſurdibus ipſe pudendis incubuit·et late uicijs imer/
gitur atris· Degenerans a ſtirpe patrum uirtute relicta·
Non igitur contentus abij de laude priorum· Sed pro
pria laudes ſtudens uirtute placere· Seneca prima trage
dia·hoc etiã cõfirmat in perſona liti ſcribens· Non uete
ra patria iura poſſideo domus· Ignauus heres nobiles ñ
ſunt mihi aui nec altis inclitum titulis genus Sed clara
uirtus Qui genus iactat ſuuz aliena laudat· Hinc dixit
Ouidius methamorphoſeos· Nam genus et proauos
et que non fecimus ipſi uix ea noſtra uoco· Item nobili/
tas quandoq damnoſa eſt·ut habetur·xxiiii·q·i·quoniã·
ueterj·et ibi glo·in uerbo inuidia preſertim cum nobilem
ſuperbia ſepiſſime cõmittetur· Superbia enim ut inquit in
Jugurtino Saluſtius·eſt cõmune nobilitatis malum pro
predictis optime facit·quia in milicia non attenditur ori
go ſed fortitudo·ut not·Ang·in·l·ſi duobus·ff·de teſta·
mili·et dixi ſupra de uirtute rei militaris·ubi tractatum eſt
de fortitudine et contemptu periculorum· Videmus eti
am ꝙ illi qui non ſunt ex nobili familia ſed populari ali/
quando preferuntur dominis· Sicut fuit Tulius hoſtili/
us cuius cunabula agreſte Tugurium tulit eiuſq adoleſ
centia in pecore paſcendo fuit occupata· Virilis autem
etas ſua Romanum rexit Imperium ſenectus excellen/
tiſſimis ornamentis decorata·in altiſſimo maieſtatis faſti
gio fulxit· Pupienus et Galbinus obſcuriſſimo genere
nati cuz Gordiano quippe nobili ſimul Imperatores au
guſti fuere Emilianus obſcuriſſime natus etiam impera/
uit· Poſtumus quoq ex humili genere et poſt eũ Ma
rius uiliſſimus opifex imperio prefuit·ut Eutropius·li·ix·
refert· ¶ Ad regimẽ etiã eccl'iaſticũ electi fuerũt ignobi
les et pauperes· vnde Hieronim⁹ in epiſtola ad Antoni
um contra ſophiſtas ſeculi et ſapientes mundi· Petrus
et Jacobus piſcator mittitur·ut not· Jo·and·in·c· uene
rabilis·extra·de preben·in nouella·in uerbo pauperes·et
ibi etiam Jo·de ymo·et dixi in reſponſione ad dignitatẽ
poſt medium· Sic noſtra querendo fuit Comes carmig
nola qui armorum illuſtris Imperator ante alios floruit·
et noſtris temporibuſ anteceſſit·licet ex humili genere na
tus fuerit· Sic etiam fuit et ſapientiſſimus et ſagax Ni/
colaus picininus quem ego ſepe numero uidi·maxime in
ciuitate Bononie omnes armorum duces principes et
marchiones anteire·qui erant nobiliſſimi genere et ciuita
tibus et caſtellis potentes· Idem audiuimus obſeruari in
pluribus alijs qui humili loco et genere nati clariſſimi du
ces et Imperatores fuere·de quibus in valerio maximo

in ti·de his qui humili loco nati clari enaſcere·ubi eſt ui/
dendum·quia multa de his ponit egregia exempla· et in
natione Cai flaminei quam habuit in Senatu cõtra pub
licum Cornelium Scipionem pro habenda Lucrecia q̃
dam alia traduntur exempla· ¶ Nec dici poteſt ꝙ de/
trahatur honori Bartholomei colio· qui eſt nobilior et
dignior·quia quando aliquis eſt in dignitate conſtitutus
locus et ſuperioris auctoritas quem repreſentat cum dig
num conſtituunt·itaq alias digniores cum honorare te/
nentur·ut dixi ſupra et eſt caſus·xciii·di·c·ſi· precipimus
et ibi glo·et not· Goffre·in ſumma in ti·de maio·z obe·
in ℣· reuerentia debetur·z eſt etiam caſus ad litteram in
l·nihil·C·de palatinis·li·xii·qui dicit ꝙ reuerẽtia non ſo
lum ab inferioribus ſed etiam a maioribus et in prouicia
degentibus rectoribus debetur atq defertur·ut eſt gloſa
nota·per illam·l·dicit not·ꝙ archiepiſcopus in hac terra
honorare debet epiſcopum· Et propterea dixit glo·in·l·
apud eum·ff·de manumiſſio·ti·generali ꝙ qui ſunt duo e
quales in dignitate·quilibet in ſuo territorio eſt maior al
tero·unde licet Bartholomeus Colio·eſſet in ſua ciuita
te uel alia maior· tamen in exercitu in quo eſt attributa
per principem poteſtas alteri debet illi ſubeſſe et obtem/
perare ac reuerentiam preſtare·nec propter hoc dignita/
ti et honori ſuo quicquam detractum dici poteſt· Et pro
hoc uide glo·xciii·di·in ſumma·et eo maxime hoc ueruz
quia quanto quis preeſt melioribus tanto eſt ipſe maior
et dignior·ut eſt tex·cum glo·in uerbo honeſtior in auẞ·
de defenſo·ciui·§·nos igitur·in ſi·et not·glo·in·c·ſtatu/
tum·in prin·in uerbo canonicis·circa ſi· de reſcrip·li·vi·
facit ad hoc glo·in auten·de dignita·§·i· in uerbo nobili
ores·col'·vi·et ꝙ dignior uel nobilior non debeat eligi·
ſed fidelior·probatur in·c·pe·cum uenerabilis·extra· de
preben·coniuncto·c·fidelior·l·di· Nam inter apoſtolos
Bartholomeus et Paulus fuerunt nobiles et dignio/
res·alij ignobiles·ut eſt glo·in·℣·multos·in dicto·c·cuz
uenerabilis·et tamen Xp̃us prepoſuit in regimine beatũ
Petrum propter ſuam fidelitatem·ut dicto·c fidelior·z
facit·c·in illis·in ſi·lxxx·di·et adde que dixi ſupra in re/
ſponſione ad nobilitatem circa ſi· Preterea in iure con/
dendo uel condito interpretando uel cum publica utili/
tas agitur·ſicut eſt in eligendo Imperatore non eſt ſeruã
da prerogatiua dignitatis·alias ſic·ita dicit Albri·de ro
ſato ſecundum Jaco·de bel·in·l·i·C·de uete·iur·enucli·
et ſic ex hoc uidetur ꝙ auctoritas ſiue felicitas etiam nõ
ſit attendenda·maxime ſi hoc placet principi· ut ſup̃ dixi
Poſtremo exquo plura ſiue omnia ſuffragia pro gentili
fuerunt dignitas· Bartholomei non eſt attendenda·qa
in electionibus et in conſilijs ſtandum eſt ei ꝙ maior uel
omnes conſtituerunt·nec dignitas alterius non electi eſt
conſideranda·per·l·quod maior·cum ibi not·ff ad muni/
cipal'·cum ſimilibus· Ad quo adde quod dixi pro Im/
peratore in prin·ad hoc etiam dabitur alia reſponſio·
¶ Allegatio uero diuiciarum ſiue facultatum facile tolli
poteſt· Quia licet multa ſint earum priuilegia· ut ſupra
dixi de diuicijs· Tamen paupertas nõ eſt de genere ma
loꝝ·ut dicit btũs Ambroſius·xv·q·i·illa·in ſi· et no·gl·
in·uerbo pauperes·in·c·ſtatutũ·§·inſuper·in ſi·de reſcrip·
li·vi·et ibi per docto·et Specu·in ti· de teſte·§·i·℣· ita
ꝙ eſt pauper·ymo habet etiam multa priuilegia·ut notat
Archi·xi·q·iii·pauper·iuxta ſi·et not· Albri·de roſato·
in·l·ſi quis ad declinandum·C·de epiſ·et cle· et dixi ſup̃
de diuicijs·in ſi·et poteſt etiam eſſe diligens et fideliſ·ut
eſt tex·inſti·de excuſa·tuto·§·ſi·et in·l· ſueſpctum·ff· de
ſuſpect·tuto·et ibi Bar·qui dicit quod non imputatur
alicui ſi confidit de aliquo·licet ſit pauper dũmodo ſit fi/

delis et quandoqʒ pauperes ſi eis datur aliquod dignita
tis officium ſunt fideliores et diligētiores diuitibus ad h̄
ut poſſint ad maiora dignitatum aſcendere· ut uidemus
quotidie hoc in multiſ contingere·nec propter pauperta
tem quis prohibetur ad miliciam uel ad aliam dignitatē
aſpirare·ut eſt caſus in·l·qui uel exiguam·C· de diuerſ·
offi·li·xii·preterea ex diuiciis multis Imperio contraria
cauſantur ſiue oriuntur·Nam diuites ſunt elati et ſuper/
bi et pauperes contempnentes quod prebet occaſionem
delinquendi ut habetur per philoſophum·ii·ethicꝙ·dicen
tem·Diuites per ſuas diuicias fiunt elati et ſuperbi cre/
dentes per ſuas diuicias omnia poſſidere·Item propter
diuicias quis eſt magis inobediens·maxime ratione ſup
bie ut de ſe patet·Item quia diues regulariter eſt magis
contumelioſus·Nam dicit Phus ſecundo ethicꝙ·Iuue
nes et diuites ſunt contumelioſi quia inferentes contu/
melias putant alios excellere·Item diuicie multe faciūt
deſpectores et faſtidioſius homines·ut dicit Phus ſecū
do politicꝙ·ergo·Item quia diuites ſunt magis delicati
nutriuntur enim cōmuniter cibo magis delicato q̄ʒ pau/
peres·quod probare non eſt neceſſe ex quo cunctis patet
expreſſe·quod non cōuenit militibus qui debent eſſe ro/
buſti et fortes·ut dixi ſupra de uirtute rei militaris·Item
quia diuites regulariter ſunt magis incontinentes·Un/
de Iuuenalis prima peregrinos obſcena pecunia mores
intulit et turpi fregerunt ſecula luxu diuicie molles ſecun
daqʒ ſecula culpe nupcias primū inquinauere et genus
et mores·Item quia diuites iniuſticias faciunt has qui/
dem contumelioſas ſicut percuſſionum·has autem incon
tinenciales ut mechiam·ut dicit Phus·ii·ethicoꝝ ꝛ ha
betur per Iuuenalem in tertia ſatira·Item quia diuites
ſunt regulariter magis auari ut teſtatur Eichus de Eſcu
lo in·xiii·cap·quarti libri dum dicit·Quanto e piu richo
lom· tanto e piu auaro Unde Iuuenalis· Creſcit amor
nūmi quantum ipſa pecunia creſcit·Et alibi dicitur·Cru
ciunt et opes et opum furioſa cupido·que auaricia eſt cā
omnium malorum·ex qua etiam cauſatur infidelitas·ut
dixi ſupra de infidelitate in fi·Item quia ſi mali ſunt uel
efficiuntur tanquam magis potentes poſſunt plus domi/
no nocere q̄ʒ pauperes·Item quia amor habendi et reti
nendi diuicias homines a uirtutibus diuertit· iuxta illud
Oracij·Perdidit arma locum uirtutis deſeruitqʒ qui
ſemper in augenda feſtinat et obruitur re·Item quia di
uites ſunt magis timidi propter ſuas diuicias quod eſt
contrarium fortitudini que in Imperatore requiritur·ut
ſupra dixi·vnde·T·in primo Parido·loquendo de diuici
is ait·Neqʒ enim ſolum ea que habēt libidine augendi
cruciantur·ſed etiam amittendi metu·et Iuuenalis· pau
ca licet partes argenti uaſcula puri· nocte iter ingreſſus
cunctum gladiumqʒ timebis·et mote ad lunam trepida/
bis arundinis umbram·ſed certe miſera eſt magni cuſto
dia cenſus·cantabit uacuus coram latrone uiator·Item
multis contingunt detrimenta ex ipſis bonis exterioribus
et corporalibus·Iam enim quidam perierunt propter di
uicias·alij uero propter fortitudinem·ut habetur per phi
loſophum primo ethicꝙ et eſt tex·xii·q·iii·gloria epiſcopi
circa fi·ibi·ſocietatis illic thebanus·et habetur per glo·
xxx·di·hic ſcripſimus·in fi·Item diuicie ſunt impedimē
ta ad ſpeculationem ut dicit Phus·x·ethicoꝝ·c·ix· et
quamuis diuicie poſſint plura Imperio cōmoda ſepenu/
mero afferre·tamen quandoqʒ contrarium reperitur·ergo·
Et ꝙ ditiores ſiue potentiores non debeant de neceſſita
te eligi probatur·lxxi·di·§·his omnibus maxime·ibi duꝫ
dicitur ꝙ beatus Seuerus ex lanificio aſſumptꝰ eſt in ar
chiepiſcopum·et probatur per ea que dixi in reſponſione

ad nobilitatem circa fi·Preterea poſito ꝙ in dubio diti
or eſſet preponendus·tamen princeps in eligendo poſſet
pauperi ex certa ſcientia gratificare ut dicetur in·xxi· cō
cluſiōe·¶ Illud autem quod dicitur ꝙ is debet preferri
qui eſt prudentior melior et preſtantior·intelligitur quan
do plures eſſent electi ex dubitaretur quis deberet prefer
ri·et tunc dicendum eſt ꝙ melior et preſtantior·ut notat
glo·lxxiiij·di·epiſcoporum·facit·l·non omnis·in prin·ibi
ſtipendiorum ratio·ff·de re mili·Secus quando unus tā
tum eſt electus quia tunc ſufficit electum eſſe dignum et
ſufficientem·ut dicit Bal·in·l·cum quidam·ii ff·de leg·
ij·et ideo dixit tex·in·c·niſi cum pridem·in·§·pro defectu
de renuncia·ꝙ licet epiſcopus qui debet aliiſ prodeſſe de
beat eligi ille qui ſit eminentis ſcientie· tamen ſi in eo eſt
competens idest mediocris ſcientia tolleranda eſt ut idē
not·glo·in·c·conſtitutis·ii·in prin·in uerbo magiſ utilem
extra·de appel·que dicit ꝙ q̄ʒuis doctior et ſanctior ſit e
ligendus viii·q·i·licet ergo·tamen ſufficit ſi eligatur ali/
us qui ſit ſufficiens·et idem not·glo·l·di·fidelior·et licet
ſit melius eligere meliorem qui aliis preeſſe debeat·tamē
ſi ſuperior eligit unum qui non ſit melior ei imputandum
eſt·quia dampnum ſuum futurum eſt ſi neſciet alios rege
re·nam mala electio eſt in culpa et facit eſſe dampnum eli
gentis ſi quod accidat·inſti·pro ſocio·§·fi·in fi·et eſt tex
tus et ibi gl·que allegat multas ꝯcordātes in·l·ii·ff·ſi me
ſſor·fal·mo·dixit·et in·l·nam et ſeruus·§·fi·et· ibi glo·ff·
de nego·geſt·et in·l·qui non tam ydoneum·ff·cōmoda·
et not·glo·in uerbo ſuo nomine·in·l·uideamus·in princ·
ff·locati·Preterea licet·l·diceret ꝙ quis teneatur meli
orem eligere·tamen eligendo ſufficientem ſatis eſt ut di
cit glo·not·in·c·fi·et extra·de offi·c·iſto· et ita uidemus
quotidie fieri in electionibus que fiunt in conſiliis uel in
aliis congregationibus·quia non ſemper eliguntur meli/
ores· de quo uideatur glo·lxxiiij·di·epiſcoporum· et qō
dicetur plene in quinto caſu principali diſtinctionis mag
ne·et quod ſcribit Io·bridani·iij·politicoꝝ·q·ix· ubi om
nino uideatur qui pulche hoc diſputat·et per concluſio/
nes declarat·ꝛ uidendum eſt etiam per beatum Tho·in
ſecunda ·ii·q·c·lxxxiiii·ubi ponit·utrum oporteat ad epiſ
copum eligere meliorem·¶ Auctoritas uero ſiue felicitaſ
non facit ut quis poſſit recuſare Imperatorem iam ele/
ctum et conſtitutum·Nam licet plurimum deberet ani/
mum et mentem principis ſiue electorum mouere ad eli/
gendum illum qui ſit maioris auctoritatis et felicitatis·
tamen ſi alius eſt Imperator electus maxime ex certa ſci
entia·ut dicetur in diſtinctione magna electio ualet et te
net et ab aliis ei eſt obtemperandum·pro hoc quod not·
Albri·de roſato ſecundum Iaco·de bel·in·l·fina·C· de
offi·pefect·urbis·et dixi reſpondendo etati ſiue tempori·
Nec etiam ſola felicitas quam fortunam eſſe aiunt con
ſideranda eſt·quia ut inquit ille· Sapiens dominabitur
aſtris·et Eichus de eſculo in·i·c·ii·li·ubi de fortuna tra
ctatur ſic ait·Non e fortuna che raſon non uinca contra
fortuna·Ogni hom puo ualere ſeguēdo la raſon nel ſuo
uedere·¶ Uerum dum dicitur par in parem non habet
imperium·Reſpondetur ꝙ Imperātor electus licet aliaſ
eſſet minor aliis·tamen nunc propter Imperium et admi
niſtrationem ſibi cōmiſſam eſt maior omnibus·et habet·
lxxxiii·di·in ſumma·et in·c·fi·eadem di·et dixi ſupra re
ſpondendo dignitati ſiue eius allegationi· Intelligitur e
nim illa regula·par in parem·niſi unuſ habeat officium al
ter non·quia tunc etiam minor ſi habet officium ratione
officii poterit Imperare alias maiori·ut eſt tex·in·l·ille a
quo·§·tempeſtiuum·cum·l·ſequenti in prin·ff·ad trebel·
ubi filius qui eſt maior patre ſi eſt in magiſtratu poteſt im

perare et precipere patri qui alias eſt maior·et in illo ma
giſtratu pater debet honorare filium·et ideo Arioparge
nes qui filio ſuo Cappadocio regno ceſſit·ut dicit Vale
rius maximus in conſpectu Pompei poſtq̃ꝫ filium ſuum
in loco humiliori ſedentem conſpexiſſet non ſubſtinuit in
fra ſe collocatū intueri·Sed protinus ſella deſcendit et
dyadema in caput eius tranſtulit hortariqꝫ cepit filium ut
eo tranſiret ꝙ non feciſſet· niſi patrie uoluntati auctori/
tas Pompei fuiſſet filium enim et Regem appellauit·⁊
dyadema ſumere iuſſit et in uirili ſella conſedere coegit
¶ Et ex hoc apparet ꝙ Bartholomeus Colionus non
dicitur perdere honorem ſuum·licet ſit ſub Imperatore·
qui eſſet alias eo inferior·quia ſi pater poteſt ſubeſſe filio
quanto magis unus miles alteri ¶ Ad illud quod dixi
ꝙ quis poſſit recuſare iudicem quem papa eligerit etiam
ex certa ſcientia·Reſpondetur quod procedit nō ex eo
ꝙ ille ſit iudex inferior·ſed quia eſt ſuſpectus·ut dicam in
ſexto caſu principali diſtinctionis magne· Ex hijs itaqꝫ
merito ac recte concludi poteſt ꝙ de iure Bartholome
us Colio·tenebatur ſubeſſe Imperatori gentili leoniſſe
pro illuſtriſſimo ducali domino Venetorum ac ei parere
ac reuerentiam exhibere· Licet multis ex cauſis dicere
potuerit ſe baculum Imperij ante omnes promeruiſſe·

Irca hanc queſtionem pulcherrimam et
quotidianam quam in his terminis a ne
mine reperio tactam, et ſi per argumenta
et rationes hinc inde plene decisa ſit·
Pro breuiori tamen et planiori doctri
na ſic dicerem diſtinguendo pro ueritate·Aut Impera/
tor electus eſt fidelior aliis· Aut eſt ſufficientiſſimus et
magis dignus q̃ꝫ ſit alius·Aut ſunt pares· aut eſt dubiū
quis ſit melior dignior et preſtantior·Aut Imperator e
lectus eſt dignus et ſufficiēs·ſed alii ſunt digniores ⁊ ma
gis ſufficientes·Aut Imperator non eſt ſufficiens ſed a
lius eſſet ſufficiens et digniſſimus·¶ Primo caſu quan
do ille qui electus eſt Imperator belli habetur fidelior·
Et tunc indiſtincte ab aliis ei obtemperandum eſt et iu/
ſta electio cenſeri debet ut dixi ſupra et dicetur infra in
ſedecima concluſione·¶ Secundo caſu·quando elect9
eſt ſufficientiſſimus et magis ydoneus q̃ꝫ alius·etiam ſi ſint
pares fide·tunc non eſt dubiuꝫ ꝙ electio eſt perfecta·nec
poteſt alius conqueri et debet de iure ⁊ honeſtate ſubeſſe
licet ipſe ſit etate nobilitate et dignitate preſtantior Im/
peratore·quia licet ſenior regulariter preferri debeat·At
tamen illud fallit quando iunior eſſet ſapientior ſene·naꝫ
tunc iunior eſt magis honorandus et precedere debet ut
eſt glo·not·in auten·de monachis·§·cogitanduꝫ· Pro
quo optime facit quod dicimus in ſimili de ſcolari qui d
bet poſtponi doctori·ymo ſi debitum honorem ei nō pre
bet punitur·ut in·l·ſinguli·C·de aduo·diuer·iudi·quod in
telligitur de doctore inſigni et ſapiente·Secus in igno/
rante leges·quia tunc ſcolaris qui eſt magis doctus de/
bet preferri·ut eſt glo·ſingularis in·l·i·C·de anno·et trib·
li·x·et ad hoc uide que de doctorello dicam in·xxiii·cō
cluſione·et pro hoc faciunt etiam omnia que pro Impe/
ratorē dixi·¶ Tertio caſu quādo Imperator et alii ſunt
eque ſufficientes et in hoc pareſ·et tunc idem quia domi
nus uel princeps poteſt gratificari cui uult·nec dicitur fie
ri aliqua iniuria aliis non electis·ut probatur in·l· ſi plura
cum ibi not·per glo·et docto·ff·de religio·et ſump·fune·
et in·l·iii·§·ſi cum omnes·ff·ad ſill· pro hoc quod notat
glo·ii·et docto·in·c·quod autem·extra·de iur·patr·et ui
de glo·et docto·in·c·i·in uerbo ad uicium·extra·de iud·
et in·c·duobus·in·℣·concurrat·de reſcrip·li·vi· et habe
tur per Raynerium de forliuio in dicta·l·plura·et in·l·t

tores·ff·de condi·inde·Et pro hoc facit quod dicam in
quarto et quinto caſu principali·¶ Quarto caſu quādo
eſt dubium quis ſit melior et preſtantior an electus uł ali
us·et tunc idem quia princeps poteſt gratificare cui uult
et ſic electo uel creato·Nam quando dubitatur quis ſit
potior tunc locus eſt gratificationi·ut dicit gl·in dicto·c·
duobus·in uerbo concurrat·de reſcrip·li·vi·facit quod
proxime dixi et melius quod dicam in·℣·ſequenti·
¶ Quinto caſu quando electus Imperator eſt dignus
et ſufficiens ſed alie eſſent digniores et magis ſufficien/
tes·et tunc quia Imperator eſt ſufficiens et dignus Im/
perio quod in dubio preſumitur per dictam·l·cum quidā
ii·deleg·ii·et not·in·c·i·extra·de ſcrutinio·indiſtincte de
bet ſub eius poteſtate manere·licet alias eſſent dignio/
res et magis ſufficientes·Nam ſufficit ꝙ electus ſit dig
nus·ut eſt glo·ordi·in dicta·l·cum quidaꝫ·in uerbo offen
derint·que allegat ad hoc·l·cum pater·§·rogo·eo·ti· de
leg·ii·⁊ ita tenet ibi Bar·qui dicit der illam glo·ꝙ ſi cō
mittatur electio in aliquem tanq̃ꝫ in bonum uirum non re
probatur eius electio·licet potuerit meliorem eligere·ſuffi
cit enim ꝙ indignum non eligat·et ita tenet etiaꝫ ibi bal·
Et dixi ſupra in reſponſione ad ſcientiam rei militaris et
uirtutum·in fi·et probatur in·l·unuꝫ ex familia·§· ſi de fal
cidia·ff·de leg·ii·et ibi Bar·hoc tenet qui dicit per illū
tex·ꝙ ille cui cōmittitur electio pauperum non habet ne/
ceſſe pauperiorem eligere·et ſic illum qui magis indigere
uidetur et ſic magis ydoneum·et de hoc eſt glo·Bern/
ardi ordi·in·c·fi·in uerbo meliores et ſanctiores·de offi·
custo·que uult ꝙ electio cuſtodis uel prelati ualeat· licet
non ſit melior et preſtantior dūmodo ſit ſufficiens et con
ueniens·et idem tenet glo·ii·in·c·conſtitutus·ii·in princ·
extra·de appel·et glo·in·c inter canonicos·extra·de ele
ctio·in glo·magna in fi·que dicit·ꝙ licet optimus et me
lior ſit eligendus·xiii·di·metropolitano·cum ſimilibus·
Tamen tolleratur electio dūmodo ille qui eligitur ſit ſu/
fficiens et non malus·ut in·c·cum nobis olim·et in·c·cū
dilecti·de elec·et hoc tenet glo·Jo·theotunici in decre
tis·viii·q i·licet·in glo·in uerbo preſtantior·que omnino
eſt uidenda·circa hoc quia ponit opiniones et multa al/
legat·Concludit tamen ꝙ ſufficit eligere bonum et ydo
neum licet alius reperiatur melior et preſtantior· et hijs
adde que dixi ſupra pro Imperatore·in uerbo illud autē
quod dicitur· ¶ Sexto caſu principali quando electus
non eſt ſufficiens neqꝫ dignus et alius reperiretur digni
or et magis ſufficiens·Et hoc caſu uidetur dicenduꝫ ꝙ
ei alius ſubeſſe non debeat·quia quando indignus elige
re uidetur toto exercitui fieri iniuria·ar· auten· ſed neqꝫ
in prin·ibi·ut ne ex hoc uenerabili clero iniuria fiat·C·de
epiſ et cle·que allegatur·ꝙ quando indignus recipitur
in clericatu toto clero fit iniuria·Super hoc tamen ſic
diſtinguendum putaui·Aut princeps elegit eum ex cer
ta ſcientia ſciens qualis erat·Aut ignoranter·¶ Pri/
mo caſu quando elegit ſcienter·aut alius uult conqueri
ex eo ꝙ electus non ſit ſufficiens· et non debet audiri·
quia in hoc dampnum erit domini et non ſuum ſi neſciat
alios regere·et ſic damnificaret dominuꝫ·Niſi alius du
bitaret propter inſufficientiam electi de perſona et militi
bus ſuis·quia fortaſſis quandoqꝫ Imperator eis precipe
ret ad aliquem locum·uel prelium inciperent ubi eſſet pe
riculum iminens et apertum·et ſic propter hoc non uult
ſe et copias ſuas ſub tali periculo cōmittere·et tunc debe
ret audiri nec cogeretur ei ſubeſſe·ar·eius quod dicitur
de iudice ſuſpecto electo per papam uel alium etiā ex cer
ta ſcientia qui poteſt propter ſuſpitionem recuſari·ut i·c·
cū ſpeciali·et·c·poſtremo·ex·de appella·et·l·apertiſſimi·

C·de iudi·cum ſimilibus·et ſupra dixi·et de hoc eſt glo·
xxiii·di·§·dalmaticis·alias·c·cōmunis·in uerbo ſuorum
que dicit ꝙ propter timorem ſuorum quis poteſt recede
re·allegat·c·ex parte·extra·de appel·Hoc tamen ꝙ Im
perator ponat exercitum ſuum in periculo non eſt in du/
bio preſumendum·niſi alias ſolitus eſſet ita ſtulte precipe
re gentibus ſibi ſubiectis·ar·l·non omnis·§·a barbaris·ff·
de re mili·et·l·fi·C· de offi·magiſtri officiorum·ibi· ex ante
geſtis·que allegatur ibi per Albri de roſa·ꝙ ex antege/
ſtis preſumitur quid in futurum quis gerere debeat· Et
pro hoc·l·i·§·i·ibi·et ad tue ſinceritatis·C· de uete· iuris·
enucli·Ex tranſacta enim uita alicuius preſumitur de ſe/
quenti conuerſatione ut de preſumptionibus mandata·et
lxi·di·miramur·circa fi·et not·C·de probatio·l·ex perſo
na et per By·et Io·and·in·c·ſemel malus de regu·iur·
li·vi·Aut alius uult conqueri eo·quia dicit ꝙ eſt digni/
or uel nobilior electo et non poteſt·quia dicitur eſſe ſatis
dignusquem elegerit Imperator·ut·l·ii·C·de crimi·ſa/
crile·cum ſimilibus ſupra allegatis·¶ Secundo caſu q̄n
princeps elegit ignoranter·quia credebat electum eſſe di
gnum et ſufficientem·et tunc bene poſſet aliis notificare
principi anteq̄ ueniat uel ei ſe ſubijciat·et iſta eſſet iuſta
cauſa differendi aduentum ſuum uel ſubiectionem·et tūc
facta notificatione principi per ipſum·ſi princeps mutaret
electum et eligeret alium ſufficientem quod indubio face
re debet et caute ne ſue duces armorum ſtent ſub diſcor
dia ſicut ſepe contingit·Nam ut inquit Saluſtius in Iu
gurtino·Concordia parue res creſcunt diſcordia et maxi
ma dilabunt·et tunc erit ſatiſfactum uoluntati eius·Sed
melius faceret princeps non eligere uel creare Imperato
rem belli contra uoluntatem et conſenſum aliorum ducū
preſtantiorum qui ei ſubeſſe debent·Ad quod uide quod
dixi in·xli·concluſione cum ſe·Sed ſi ex certa ſcientia ha
bita informatione uel notificatione data principi uel alio
modo uult princeps omnino electum eſſe Imperatorem
ſuum ſiue gubernatorem generalem·ſicut uolunt quando
q̄ domini·et tunc dic ut ſtatim dixi in caſu quādo elegit
non indignum nec ſufficientem ex certa ſcientia· Caueat
tamen milicie dux uel alius miles ne alleget ſine cauſa e/
lectum non eſſe ſufficientem quia fieret quodāmodo iniu
ria principi·nam ſicut ille qui conſtitutionem uiolat aucto
ri facit iniuriam·ut probatur·x·di·certum·et qui canones
uiolat dicitur blaſphemare ſpiritum ſanctum·xxv·q·i·ui
olatores·et not·Io·de fantuciis·et Hu·et Archi·in di/
cto·c·certum·Sic et ille qui dicit electum a principe in/
dignum eſſe principi iniuriam facere dicitur·Et ſi reperi/
retur electus ſufficiens uel domino uideretur ꝙ eſſet omi
no Imperator·licet eſſet minus ſufficiens·tamen cogere
tur ſubeſſe Imperatori ſibi ſuſpecto quod quantum ſibi no
cere poſſet quilibet miles optime intelligit·Sicut dicūt
doctores de illo·qui recuſauit iudicem ſuſpectum· ut·l·a
pertiſſimi·C·de iudi·et in dicto·c·cum ſpeciali· extra·de
appel·cum ſimilibus·¶ Ex predictis itaq̄ apparet tam
per argumenta undiq̄ adducta q̄ per diſtinctionem quiſ
Imperator belli et qualis eſſe et eligi debeat·et an et q̄n
armorum duceſ cogantur ſubeſſe imperatori ſiue ut aiunt
generali gubernatori tocius exercitus·Et idem dici po/
teſt de quolibet milite qui alteri ſubeſſe recuſaret· Sed
ut clarius omnia predicta intelligantur ſubijciam conclu
ſiones de predictis que etiam ſingulariter ꝓbabuntur ubi
opus uidebitur·¶ Prima concluſio in Imperatore bel
li quinque requiruntur fidelitas ſcientia rei militaris uir/
tus auctoritas et felicitas·¶ Secunda fides preſumitur
ex dignitate et bonis moribus·¶ Tertia infidelitas pre
ſumitur ex inimicicia et auaricia·ex quo ſequitur corlariū
ꝙ ſine fide preſumitur inimicus et familiaris et auarus·
¶ Quarta non eligatur in principe milicie inimicus uel
auarus·¶ Quinta ſcientia rei militaris conſiſtit in cog/
nitiōe ipſius itinerum locorum perſonarum·et ingenio et eloquētia
et in cognitione oīm rerum ad uſum militarem pertinenti
um·¶ Sexta rei militaris ſcientia acquiritur per ſolerci
am uigilantiam aſſiduitatem locorum·et per doctrinam et
lectionem librorum de re militari·et per omnes reliquas
partes uirtutis rei militaris·¶ Septima in milite preſu/
mi poteſt et cognoſci ſcientia rei militaris ex etate tem/
pore natione loco preceptore et experientia·¶ Octaua
partes uirtutis rei militaris ſunt·Sapientia in conſulen/
do conſilium in prouidendo induſtria in agendo celeri/
tas in conficiendo ſiue exequendo aſtucia ſiue ſagacitas
in ſtrategematibus ſolercia et uigilantia cum aſſiduitate
et paciencia laborum·et ſic etiam bona ualitudo magna
nimitas rerum gerendarum fortitudo et contemptus pe/
riculorum Fides etiam adiungi poteſt ſed eam nō ut par
tem uirtutis·ymo ut neceſſarium et primum in principe te
neo·ut dicitur in prima concluſione·Nam quanto magis
ualeret miles in ceteris que in Imperatore neceſſaria di/
cuntur·tanto magis de eo dubitandum eſſet ſi in ipſo fi/
des non reperiretur·¶ Nona potius eligatur prudētior
q̄ formoſior·Ex quo ſequitur correlarium ꝙ in Impera
tore prehonoranda eſt prudentia fortitudine·et ſic potiuſ
attendi debet prudentia ſiue ſcientia q̄ fortitudo·ut dixi
de conſilio in prouidendo quod eſt pars uirtutis rei milita
ris·¶ Decima ſi quis eſt pulchrior et fortior in dubio ē
in Imperatore exercitus eligenduſ·¶ Undecima in uir
tute rei militaris continentur humanitas modeſtia clemē
cia ſuauitas facilitas temperantia cunctis in rebus Inno
centia fides liberalitas atq̄ iuſtitia·¶ Duodecima au/
ctoritas acquiritur propter uirtutem corporis formoſita/
tem dignitatem honorem potentiam diuicias nobilitatē
facilitatem humanitatem clemenciam et per ceteras rei
militaris uirtutes·et preſertim ex rebus feliciter geſtis·
¶ Tertiadecima in eligendo exercitus Imperatore cō
ſideranda eſt in primis perſona que eligitur ſi poteſt eſſe
Imperator·Secundo etas illiuſ qui eligitur·Tertio na
tio ſiue origo·Quarto nobilitas·Quinto dignitas·Se
xto facultates ſiue diuicie·Septimo fides·Octauo ſciē/
tia rei militaris·Nono uirtus·Decimo auctoritas·Un
decimo felicitas·de quibus omnibus dictum eſt ſupra ſin
gulariter·Et adde hic omnino quod dicetur in·xxxv·cō
cluſione et in ſe·¶ Quartadecima in eligendo aliquem
ad honorem ſiue munus perſonale decem etiam ſunt con
ſideranda ſecundum gloſatorem Accurſium·Primo·ſ·
perſona eius qui imponit uel indicit ꝙ habeat illud offici
um·ut·C·de iur·fiſci·l·ſuper creandis·li·x·et·l·ii·C·de de
curio·eadem·l·Secundo modus et ordo·ſ·ut perſona e
ius cui indicitur non grauetur ultra modum ſed ſecundū
equalitatem·ut·l·fi·C·quemad·ciui·mune·indi·li·x·Ter
tio perſona eius cui indicitur ſi eſt abilis uel poſſit ſe excu
ſare·Quarto origo natalium·Quinto facultates·Sexto
conſuetudo·et de his tribus eſt tex·in·l·honor·§·de ho/
noribus·ff·de muneri·et hono·Septimo ut potiores eli
gantur·l·honores·in prin·ff·de decurioni·Octauo ordo
graduum ut quis primo uocetur ad minores honores q̄
ad maiores·et qui fuerunt in maioribus honoribus non
uocentur ad minores·ut·l·ii·C·quemad·ciui·mune·indi·
li·x·Nono ut curialis vnius curie non eligatur ad hono
res alterius curie· ut·l·i·eo·ti·Decimo ut quis non co/
gatur continuare illud idem officium uel aliud· ſed habe
at uacationem·ut·l·pe·eo·ti·et·l·i·C·de mune·nō conti·
l·x·ita dicit glo·ordi·in dicta Rubrica·C·quēad· ciuil·

mūne·īndi·li·x·et ibi per Jo·de platea qui omino in hoc
eſt uidenduſ Que omia licet in ſe uera tamen in caſu no
ſtro non nulla ſunt pretermittenda quia de eis nō eſt que
ſtio ſicut eſt de perſona electoris grauamine curia et de
continuatione·ideo in precedenti concluſione aliter dcm̄
eſt·¶ Quintadecima concluſio qui preſtātior eſt ex om
ni populo qui doctior qui ſanctior qui in omni uirtute e/
minentior ille ad Imperium eligatur·probatur hec con/
cluſio per uerba Hieronimi in libro Leuitici que habet
in decretis viii·q·i·licet·et per ea que dicta ſunt de ſcien
tia et uirtute rei militaris·¶ Sextadecima non poteſt d
iure in Imperatore exercitus eligi qui non ſit miles·nec
debet ſi eſt iunior et ſi diu nō militauerit·ut dixi ſupra de
etate preſertim in fine·¶ Decimaſeptima ſi exercituſ im
perator electus uel conſtitus eſt aliis fidelior indiſtincte
omnes militum duces ſub eo de iure militare tenentur·
probatur hec concluſio per ea que dixi pro Imperatore·
et in prin·diſtinctionis magne·¶ Decimaoctaua·ſi ele/
ctus eſt magis dignus et ſufficiens q̄z alii·licet fidelitate
pares cēſerētur ſine dubio perfecta eſſet electio·et poſſent
de iure cogi ſub eius poteſtate manere·q̄zuis alii ſint eo
nobiliores et digniores·probatur hec concluſio ex his q̄
dixi pro Imperatore et per ea que dicta ſunt in ſecundo
caſu principali diſtinctionis magne·¶ Decimanona ꝙ ſi
Imperator et ceteri militum duces ſunt pares fide uirtu
te atq̄z preſtantia·et ſic ſunt eque ſufficientes ad regen/
dum exercitum non poſſint duces armorum de iure de/
negare ei ſubeſſe·licet ſint eo ſeniores et alias nobiliores
et digniores·que concluſio uериſſima eſt et neceſſaria per
predicta·preſertim in tertio caſu principali diſtinctionis
magne·¶ Uigeſima quando eſt dubium quis ſit melior
et preſtantior poteſt princeps gratificare cui uult in pre/
ponendo unum alteri et alius cogitur ei ſubeſſe de iure·
ut dixi in quarto caſu diſtinctionis p̄dicte·¶ Uiceſima
prima ſi Imperator electus eſt dignus et ſufficiens Im/
perio·et ſi alius eſſet eo dignior et magis ſufficiens ſatis
eſt quia cogitur ei de iure ſubeſſe·etiam ſi alias dignior
dici poſſit·¶ Uigeſimaſecunda princeps non tenetur e/
ligere de iure gentibus ſuis imperatorē ſeniorem nobilio
digniorem ditiorem ac preſtantiorem modum dignum ꝛ
ſufficientem eligat·¶ Uigeſimatertia ꝙ debet indubio
eligi potius ille qui eſt de ciuitate uel prouincia uel Re
gno domini q̄z alius qui ſit aliunde·niſi aliter ſe haberet·
conſuetudo uel ſtatutum in loco domini·ut dixi ſupra de
natione in fi·et reſpondendo argumentis pro natione de
ductis·¶ Uigeſimaquarta non debet Imperator eligi·
niſi qui diu aſſidueq̄z militauerit et preponendis eſt in ele
ctiōe qui longiore ſtipendia meruerit·ita probatur ex his
que dixi de etate ac tempore militum·ubi uide et ſupra
in·xv·concluſione·¶ Uigeſimaquinta etiam nati ex dā
nato coitu poſſunt eligi et creari duces et Imperatores
dūmodo ſint uirtute preſtantes·¶ Uigeſimaſexta ꝙ ele
ctus uel creatus Imperator īdubio preſumitur dignus et
ſufficiens·facit pro hoc in·xxxviii·concluſione·¶ Uice
ſimaſeptima nullius honori detrahitur ſi quis ſubiiciatur
Imperatori ſiue gubernatori generali digno et ſufficienti
licet ipſe alias eſſet ſenior nobilior dignior atq̄z preſtanti
or·¶ Uigeſimaoctaua ſi electus in Imperatore per p̄n
cipem non eſt preſtantior et dignior aliis detrimentum ꝛ
dedecus eſt principis eligentis·nō autem alterius ſub eo
militantis·¶ Uigeſimanona a populo uel ſenatu non a
militibus Imperator eligi ſolet·et debet ut dixi ſupra ꝑ
parte Imperatoris electi circa prin·¶ Trigeſima Im/
peratori non legitime conſtituto non eſt obediendum·ut
eodem in loco dicitur·¶ Trigeſimaprima quando duo
uel plures Imperatores electi ſunt pares in uocibus ſiue
ſuffragiis indubio ille preferri debet qui eſt fidelior·pro h
uide ſupra in·i·ii·iii·et in·xvi·concluſione et in ſequenti·
¶ Trigeſimaſecunda ſi ſunt electi pares fidelitate prefer
ri debet ille qui eſt aliis uirtute preſtantior·¶ Trigeſima
tertia ſi Imperatores electi ſunt pares uirtute preferri de
bet dignior honore·ut ſi unus eſt dux comes ul' marchio
alter non·ar·l·ille a quo·§·tempeſtiuum·cum·l·ſeq·ff·ad
trebel' et probatur in·l·fi·ibi·amplioris honoris inferiori
ff·de fide inſtru·et·l·ſemper·in prin·ff·de iur·imunita·ibi·
pene·quaſi dicat licet magnus honor ſenibuſ debeat·tm̄
maior debetur magiſtratibꝰ·et hoc ſignificat dictio pene
ibi poſita·¶ Trigeſimaquarta quando Impatores ſunt
pares uirtute ac dignitate ſenior debet anteponi·licet a/
lius ſit nobilior·quia ſenior indubio preferri debet·etiā
ſi ſit minus nobilis·ut probatur in dicta·l·fi·ff·de fi·inſtru
men·que arguendo ab ordine littere quod fieri poteſt·ut
dixi in argumentis pro fide que in imperatoribus militie
requiritur uidetur preferre ſeniorem maiori in dignitate
ſeu honore·et pro hoc facit quod plene dixi de priuilegi
is ſenectutis·Poſſet tamen eſſe tanta nobilitas uel talis
etas et ſic maxima diſparitas·quod ſecus eſſet·ar·l·ſed
reprobari·§·hoc amplius·et quod ibi not·Nico·de nea
poli·ff·de excuſa·tuto·et·c·de multa·in ſi·cum ibi no·ex
tra·de preben·et dignitatibus·et quod no·glo·in uerbo
dignitas·iiii·q·tertia·in teſtibus·i·ibi ſo·ſemper preſu/
mitur et in glo·magna·iiii·q·iii·§·ſi teſtes·circa medium
ibi·ubi ergo teſtes contrarii ſunt·Sicut dicitur de milite
et doctore·Nam licet ſit dubium quis debeat de iure
precedere·tamen ſi eſſet unus doctorellus modice uirtut
et ſcientie ſine dubio deberet poſtponi·qui ſi eſſet doctor
egregius deberet preferri·ut not·Bal·in probe·ffţoruz·
in fi·et dn̄s Jac·de aluorotis in ti·quis dicat dux mar/
chio·ſ·in uſi·feudoꝝ·et pro hoc facit quod dixi in ſecun
do caſu principali diſtinctionis magne·et de ſcolari do/
ctiſſimo qui debet preferri doctori minus perito·et uidea
tur ad hoc optime quod not·Spe·in ti·de teſte·§·i·v·
ſed quid ſit uir et uxor·in prima parte Speculi·ubi dicit
ꝙ ſi uir et uxor ſe habent ut excedentia et exceſſa quia ſi
uir eſt ditior ipſa nobilior et potentior uel econuerſo iu/
dex examinabit quanta ſit uiri paupertas maxima uel me
diocris·et an ipſa ſit multum nobilis et ipſe ualde uilis
quo ad genus illi quod nō ſit uериſimile reſteſ propter ſu
as diuicias moueri·et ſecundum hoc interpretabitur an
teſtimonium ſit ſuſpectum uel nō·ar·l·iii·ut ibi tu ipſe ma
gis·ff·de teſti·coniuncta·l·humilem·C·de inceſtu·nupt·
Sed circa hanc concluſionem pro clariori ueritate ſic e
go diſtinguerem·Aut querimus nunquid ſenior prefera
tur nobiliori in hiis que concernunt honorem·et que per
nobiliores fieri ſolent·ut ire obuiam principi·et tunc poti
us eligendi eſſent nobiles·Aut querimus de his que cō
cernunt uirtutem et ſcientiam·et que per ſenes et ſapien/
tes fieri ſolent·ut mittere legatos ad principem pro ar/
dua cauſa diſputanda·et tunc ſenior eſt eligendus et pre
ponendus·quia preſumitur ad hoc magis ydoneus et ſu
fficiens·facit ad hoc quod dixi in·xxxv·priuilegio ſene/
ctutis·Sicut dicitur in ſimili de milite et doctore·uide/
licet ꝙ in actu militari regulariter preferatur miles·In a
ctu uero doctoreo iuriſconſultus·et pro hac diſtinctione
eſt tex·in·l·i·in ciuilibus·i prin·C·de offi·uica·et optime
fac·l·i·C·de aſſeſſ·coniūcta·l·i·C·de p̄fec·ſacri cubi·li·xii·ꝛ
pro hoc etiam quod dixit Albri·de roſa·in dicta·l·in ci
uilibus·ꝙ ſi conſulat miles et iudex·Siquidem in nego
cio militari ſtatur cōſilio militis Si in negocio iuris ſta
bitur conſilio iuriſconſulti·Aut ſumus in actu indifferen

16

ti ut in ſedendo eundo loquendo et in ſi·et tunc ſenior
preferatur·per ea maxime que dixi de priuilegiie ſenectu
tis et per dictam·l·fi·ff·de fi· inſtru·et hoc ultimum audi
ui ſepenumero a q̃ꝫ pluribus uiris doctiſſimis cõprobare
et recte·ꝛ pro hac ſnia facit quod ſcribitur in Catone ma
iore dicit eniꝫ· Neqꝫ ſolum honore antecedentibus ſed
his etiam qui cum Imperio ſunt maiores natu augures
anteponuntur·¶ Trigeſimaquinta duobus electis Im/
peratoribus uirtute dignitate ac nobilitate paribus pre/
poni debet in eligendo ſenior indubio iuniori· per·d·l·fi·
ff·de fi·inſtru·ꝛ per ea que dixi·ſ·in prin·pro etate·quod
intelligo tam de etate corporis q̃ꝫ tpe exercitationis rei
militaris·Et ꝙ in primis inſpiciatur tempus exercitatio/
nis militaris ut ibi dixi in fi·Et hec concluſio ueriſſima ꝛ
neceſſaria eſt preſertim ſtante proxima concluſione·Naꝫ
ſi de quo magis uidebatˀ ineſſe et non ineſt·ergo de quo
minus·ut in auten·multe magis·C·de ſacro ſanct· eccle·
et in·l·q̃ꝫto magiſ·ff·de iureiur·cum ſi·Si enim uidebatˀ
ꝙ nobilior q̃ꝫuis iunior deberet preferri tanq̃ꝫ dignior ſe/
ne et tamen non prefertur·ergo multo minus iunior qui
non ſit nobilior debet ſeniori preferri·¶ Trigeſimaſexta
in preferendo unum alteri in actu militari· Primo inſpi/
ciatur fides·Secundo ſcia rei militaris·Tertio uirtus ſi
ue preſtantia·Quarto auctoritas·Quinto felicitas·Se
xto dignitas et honor·Septimo etas et tempus·Octa/
uo nobilitas·Nono natio ſiue origo·Decimo diuicie·q
bus adde quod dixi in·i·iii·et·xiii·concluſione cum ſeq·
¶ Trigeſimaſeptima ſi Imperator eligitur indignus fit
iniuria toti exercitui·ne dum uni militum duci· ut dixi in
ſexto caſu principali diſtinctionis magne in prin·
¶ Trigeſimaoctaua electo Imperatore ſi non eſt ſuffici/
ens neqꝫ dignus·licet alii reperiantur digni et ſufficiẽtes
Si tñ facta eſt electio per principem ex certa ſcientia alii
non poſſunt obedientiam denegare ratione perſone indi
gne uel inſufficientes·quia reputabitur dignus et ſuffici/
ens·uide ſupra in·xx concluſione et in·xl·
¶ Trigeſimanona Imperator belli creatus preſumitur
ſcire gubernare exercitum·facit qđ dixi in·xxv·ꝯcluſione
¶ Quadrageſima ſi princeps elegit unum Impatorem
ignorans de ſua ſufficientia et dignitate poteſt unus mili
cie dux recuſare uenire uel ei ſubeſſe donec principi hoc ſi
gnificauerit·facit pro hac concluſione·c·ſi quando· cum
ibi not·extra·de reſcrip·et ibi per Fran·ꝫabarella Cardi·
Flo·ubi ponit de iudice delegato uľ executore cui iube
tur per principem qui exequatur·Nam ſi habet conſciẽ/
tiã leſam debet ſuperſedere et reſcribere principi opinio
nem ſuam et expectare prius ſecundam iuſſionem anteq̃ꝫ
aliud faciat·et eſt glo·de hoc autħ· de manda·princi·§·ſi
tibi·in·ꝟ nuncians·col·iii et nõt·Ang·de puſio in·l·iiii·
§·condamnatũ·ff·de re·iudi·et Inno·in·c·cum in iurˀ pe
ritus·de offi·deleg et Florianus in·l·iiii·§·ſed et ſi quis
iudicium·ff·finiũ·regun·ꝛ pro hoc etiam glo·in·c·i·in·ꝟ·
noſcatur·ad fi·de conſti·li·vi·et idem tenet Archi·in mi
litibus in·c·militare··xxiii·q·i·qui dicit ꝙ licet ille cui p̃
cipitur teneatur preceptum adimplere iuſta tñ excuſatio
quare hoc non debeat uel non poſſit uel facere nolit nõ
aufertur·etiam ſi a papa precepta emanauerit per dictũ·c·
ſi quãdo·de reſcrip·quod eſt not·¶ Quadrageſimapri/
ma ſi princeps uidit Imperatorem ſuum non ſufficienteꝫ
neqꝫ aliis militibus gratum·debet ſi poteſt caute mutare
¶ Quadrageſimaſecunda caueat princeps ne eligat in
dignum et inſufficientem Imperatorem et minus gratuꝫ
gentibus ſuis·facit ad hoc quod ſcriptum eſt in·xi·argu
mẽto·de diuiciis·¶ Quadrageſimatertia Si princeps
uult omnino aliqua ex cauſa forte ſidei unum Imperato
rem conſtituere qui non uideatur dignus neqꝫ gratus a
liis eam non eligat·niſi cum conſenſu et uoluntate alioꝝ
Sicut fecit excelſum ducale dominium Venetorum quan
do conſtituit magnificum gentilem leoniſſam totius ſui
exercitus gubernatorem generalem· ¶ Quadrageſima
quarta ſi data notitia principi de maiori alicuius dignita
te ac preſtantia uult omnino ꝙ electus ſit Imperator ex/
ercitus quilibet ei ſubeſſe tenetur·niſi iuſte timeret pro ſe
et gentibus ſuis· Iſta concluſio probatur ꝑ ea que dixi
in ſexto caſu princi·diſtinctionis magne·
¶ Quadrageſimaquinta aduertat quis ne procuret in/
caute electum uel creatuꝫ Imperatorem non admitti·ne
ſub eo fortaſſis poſtea inimico clamdeſtino militare co/
gatur·ut dixi in dicto ſexto caſu principali ad finem·
¶ Quadrageſimaſexta et ultima concluſio·cautus ſit q
libet miles uel dux ſiue princeps armorum·ut quando cõ
ducitur cum gentibus ſuis faciat ſua capitula clara ne
incidat in predictas dubitationes·

Explicit ſolẽnis tractatus de re militari cum cõcluſio
nibus eiuſdem in fine additus· editus ·ex Famoſiſſi/
mum utriuſqꝫ iuris doctorem dñm Bartholomeum
Cepolla Veronenſ·

Regiſtrum·

¶ Primum uacat·
Bartholomei·
cele·et nõt·

¶ bilis quorundam·
In tercio·
Conſueuit·

¶ maio·et obe·
cenſi·huic·
dicta·l·cum·

Inc
374